O Serenissima & inclyta mater dñi nr̄i iesu christi pia et ppetua virgo maria que creatorē oīm creaturarū in tuo sanctissimo corpore portare digna fuisti: eundēq; spiritu sctō cooperante intacta et inuiolata pmanēs in salutē totius generis peperisti: cuius idē veracissimū corpus ego indignus et miser pctōr sumere presumpsi: ad ipsum queso pro me intercedere digneris vt quicq̄d in eius ineffabili seruitio ignoranter vel qualicūq; modo deliqui/tuis sctissimis meritis & precibus ac oīm sctōrū mihi clemēter dignetur indulgere ac gratiā tribuere: qua de cetero emendatius viuere valeā: sicq; presentē vitam in sctō timore & sollicitudine peragere quatenus post huius infelicis vite miserias: felici cōsummata victoria: ad gaudia eterne felicitatis cū his pro quibus oraui: vel quocunq; modo orare teneor atq; cū omni pplo dei viuis simul ac defunctis introduci merear. Prestāte eodem dño nostro iesu xp̄o filio tuo/ qui panis existēs angelorū per te factus est cibus viatorū: sup oīa deus bn̄dictus in scl'a. Amē. ¶ Sequunt̄ hore virginis Marie/ scd̄m vsum Sarū. Ad matutinas.



Domine labia mea aperies. Et os meũ annũciabit laudẽ tuã. Deus in adiutoriũ meũ intende. Dñe ad adiuuãdum me festina. Gloria patri et filio/ et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nũc et semper/ et in secula seculorũ. Amẽ. Alleluya. Inuitat. Aue maria grã plena. Dñs tecũ. Aue ma. ps. xciiii



in quo monet deum hilariter et deuote laudare.

VEnite exultemus dño / iubilemus deo salutari nostro preoccupemus faciē eius in confessione / et in psalmis iubilemus ei. Aue ma. Quoniā deus magnus dñs: et rex magnus sup omnes deos / quoniā nō repellet dñs plebē suā: quia in manu eius sunt omnes fines terre / et altitudines montiū ipse cōspicit. Dñs te. Quoniā ipsius est mare et ipse fecit illud / et aridā fundauerūt manus eius: venite adoremus et procidamus ante deū / ploremus corā dño qui fecit nos: quia ipse est dñs deus noster: nos aūt ppłus eius / et oues pascue eius. Aue. Hodie si vocē eius audieritis: nolite obdurare corda vr̄a: sicut in exacerbatione scd̄m diē tentationis in deserto vbi tentauerūt me patres vestri: probauerunt et viderunt opera mea. Dñs te. Quadraginta annis proximus fui generationi huic: et dixi semper hi errāt corde / ipsi vero nō cognouerūt vias meas / quibus iuraui in ira mea: si introibūt in requiē meā. Aue ma. Dñs te. Gloria patri et filio et spiritui sctō: sicut erat in principio et nunc et semp / et in secula seculorum Amē. Dñs tecū. Aue maria. Hymnus.

QUem terra ponthus ethera / colunt adorant / predicant / trinam regentem machinam claustrum marie baiulat.

Qui luna sol et omnia / deseruiunt per tempora perfusa celi gratia / gestant puelle viscera.
Btã mater munere / cuius supnus artifex: mũdũ pugillo cõtinẽs / vẽtris sub archa clausus est
Beata celi nuncio / fecunda sancto spiritu: desideratus gentibus / cuius per aluum fusus est.
Gloria tibi domine / qui natus es de virgine / cum patre ⁊ sancto spiritu: in sempiterna secula Amen. Aña. Benedicta tu. Ps̃. viij. de exaltatione christi: et ecclesie dilatatione.

Domine dominus noster: q̃ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.
Qm̃ eleuata est magnificentia tua: super celos
Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum et vltorem.
Quoniam videbo celos tuos opera digitorum tuorum: lunam et stellas que tu fundasti.
Quid est homo q̃ memor es eius: aut filius hominis quoniam visitas eum:
Minuisti eum paulominus ab angelis gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum.
Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues et boues vniuersas: insuper et pecora campi.
Volucres celi et pisces maris: qui perambulãt

semitas maris.
Domine dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra.
Gloria patri. Ps. xviij. de incarnatione domini.
Celi enerrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum.
Dies diei eructat verbum: et nox nocti indicat scientiam.
Non sunt loquele neque sermones: quorum non audiantur voces eorum.
In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum.
In sole posuit tabernaculum suum: et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.
Exultauit vt gygas ad currendam viam: a summo celo egressio eius.
Et occursus eius vsque ad summum eius: nec est qui se abscondat a calore eius.
Lex domini immaculata conuertens animas/ testimonium domini fidele: sapientiam prestans paruulis.
Iusticie domini recte letificantes corda: preceptum domini lucidum illuminans oculos.
Timor domini sanctus permanet in seculum seculi: iudicia domini vera iustificata in semetipsa.
Desiderabilia super aurum et lapidem preciosum multum: et dulciora super mel et fauum.

Etenim seruus tuus custodit ea: in custodien-
dis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit ab ocultis meis mūda
me: et ab alienis parce seruo tuo.

Si mei non fuerint dominati tunc inmacula-
tus ero: et emundabor a delicto maximo.

Et erunt vt complaceant eloquia oris mei: et
meditatio cordis mei in conspectū tuo semper.

Dñe adiutor meus: et redēptor meus. Gloria.

ps. xxiiii. De glorificatione hoīs reparatione.

Domini est terra et plenitudo eius orbis
terrarum: ⁊ vniuersi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundauit eum: et super
flumina preparauit eum.

Quis ascendet in montē domini: aut quis sta-
bit in loco sancto eius?

Innocens manibus et mundo corde / qui non
accepit in vanū animam suā: nec iurauit in do-
lo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a domino: et mise
ricordiam a deo salutari suo.

Hec est generatio querentium eum: querentiū
faciem dei iacob.

Attollite portas principes vestras / ⁊ eleuami
ni porte eternales: et introibit rex glorie.

Quis est iste rex glorie? dominus fortis et po-
tens: dominus potens in prelio.


Attollite portas principes vestras/et eleuamini porte eternales:et introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie:dñs virtutũ ipse est rex glorie. Gloria. añ. Bñdicta tu in mulieribus et benedictus fructus vẽtris tui. ℣. Sancta dei genitrix virgo semp maria. ℟. Intercede pro nobis ad dñm deũ nostrũ. Pater. Et ne. Sed li. ℣. Jube dñe bñdicere. Bñd. Alma virgo vgĩnũ intercedat pro nobis ad dñm. Amẽ. Lectio. j.
SAncta maria virgo virginũ mater et filia regis regũ omniũ tuum nobis impende solatiũ: vt celestis regni per te mereamur habere premiũ: et cũ electis dei regnare imperpetuũ. Tu aũt. ℟. Sctã et immaculata virginitas quibus te laudibus referã nescio. Quia quẽ celi capere nõ poterãt:tuo gremio contulisti. ℣. Bñdicta tu in mulierib⁹:⁊ bñdictus fructus vẽtris tui. Qr. ℣. Jube dñe bñdicere. Bñd. Oret mẽte pia pro nobis virgo maria. amẽ. Lctõ. ij.
SAncta maria piarum pyssima intercede pro nobis sanctarũ sanctissima: vt per te virgo gloriosa sumat nostra precamina: qui pro nobis ex te natus regnat super ethera: vt sua caritate nostra deleantur peccamina. Tu aũt. ℟. Btã es virgo maria que dñm portasti creatorem mũdi. Genuisti qui te fecit et ineternũ per=

manes virgo. ℣. Aue maria grã plena dñs tecũ Genuisti. ℣. Jube dñe bñdicere. Bñd. Sctã dei genitrix/sit nobis auxiliatrix. Amẽ. Lectio. iij.

SAncta dei genitrix que digne meruisti cõcipere quẽ totus orbis nequiuit cõprehendere tuo pio interuẽtu culpas nostras ablue: vt perhennis sedẽ glorie pe te redempti valeamus scandere / vbi manes cũ filio tuo sine tempore. Tu autẽ. ℟. Felix namqꝫ es sacra virgo maria: et omni laude dignissima. Quia ex te ortus est sol iustitie christus deus noster. ℣. Ora pro populo interueni pro clero intercede pro deuoto femineo sexu: sentiãt oẽs tuũ leuamẽ quicũqꝫ celebrant tuã ꝯmemorationẽ. Quia ex. Gloria prĩ. Christus. ¶ Cãticũ sctõꝝ ambrosij ⁊ augustini

TE deum laudamus: te dñm confitemur.
Te eternũ patrẽ: omnis terra veneratꝰ
Tibi oẽs angeli: tibi celi ⁊ vniuerse potestates
Tibi cherubin et seraphin: incessabili voce proclamant.
Sanctus. Sctũs. Sctũs dñs deus sabaoth.
Pleni sunt celi et terra: maiestatis glorie tue.
Te gloriosus: apostolorum chorus.
Te prophetarum: laudabilis numerus.
Te martyrum candidatus: laudat exercitus.
Te per orbem terrarũ: sctã confitetur ecclesia.

Patrem: immense maiestatis.
Venerandum tuum verum: et vnicum filium
Sanctum quoqꝫ paraclitum spiritum.
Tu rex glorie christe.
Tu patris: sempiternus es filius.
Tu ad liberandum suscepturus hominem: nō horruisti virginis vterum.
Tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna celorum.
Tu ad dexteram dei sedes: in gloria patris.
Iudex crederis: esse venturus.
Te ergo quesum⁹ famulis tuis subueni: quos precioso sanguine redemisti.
Eterna fac cū sanctis tuis: in gloria numerari
Saluum fac populum tuum domine: et benedic hereditati tue.
Et rege eos et extolle illos: vsqꝫ in eternum.
Per singulos dies: benedicimus te.
Et laudamus nomē tuū in sclm: ⁊ in sclm scli.
Dignare dn̄e die isto: sine pctō nos custodire.
Miserere nostri domine: miserere nostri.
Fiat misericordia tua domine super nos: quēadmodum sperauimus in te.
In te domine speraui non cōfundar ineternū.
℣. Ora pro nobis sancta dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur promissionib. ¶ Ad laudes.



Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri et filio / et spiritui sctō. Sicut erat in principio et nunc et semper / et in secula seculorū. Amen. añ. O admirabile. Ps. xcj. in quo monet ad laudem christi.

Dominus regnauit decorem indutus est / indut9



est dominus fortitudinem et precinxit se.
Etenim firmauit orbẽ terre: qui nõ commouebit.
Parata sedes tua deus extunc: a seculo tu es.
Eleuauerunt flumina domine: eleuauerũt flumina vocem suam.
Eleuauerunt flumina fluctus suos: a vocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dñs. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domũ tuã decet sanctitudo dñe: in lõgitudinem dierũ. Gloria. Ps. xcix. in quo monet deũ alacrit. laudare: et pctã nr̃a humiliter plãgere.
Iubilate deo oĩs terra: seruite dño ĩ leticia
Introite in cõspectu eius: in exultatione
Scitote quoniam dominus ipse est deus: ipse fecit nos/et non ipsi nos.
Populus eius et oues pascue eius/ introite portas eius in cõfessione: atria eius in hymnis confitemini illi. Laudate nomẽ eius qm̃ suauis est dñs: in eternũ mĩa eius: et vsq; in generatione et generationẽ veritas eius. Gl'ia. Ps. lxij. in quo monet recte conuersari in medio natiõis praue.
Deus deus meus: ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te anima mea: quam multipliciter tibi caro mea.
In terra deserta inuia et inaquosa sic in sctõ

apparui tibi: vt viderē virtutē tuā ⁊ gloriā tuā.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: ⁊ in nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe ⁊ pinguedine repleat anima mea et labijs exultationis laudabit os meum.

Sic memor fui tui super stratū meū: in matutinis meditabor in te/quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarū tuarū exultabo adhesit anima mea post te: me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quesierunt animam meā introibunt in inferiora terre: tradentur in manus gladij partes vulpium erunt.

Rex vero letabitur in deo laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua. Ps̄. lxvj. in quo propheta nos omnes monet ad laudem dei ad bene operandum.

Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi deus/ confiteantur tibi populi omnes.

Letentur et exultēt gentes/ quoniam iudicas

populos in equitate: et gentes in terra dirigis.
Confiteantur tibi populi deus: confiteãtur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.
Benedicat nos deus deus noster/ bñdicat nos deus/et metuant eum omnes fines terre.
Gloria. ¶ Canticũ puerorũ. Danielis. iij. cpo. in quo omnia creata monent ad laudandũ deũ.
Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula.
Benedicite angeli dñi dño: benedicite celi dño.
Benedicite aque om̃es que super celos sunt domino: benedicite omnes virtutes dñi domino.
Benedicite sol et luna domino: benedicite stelle celi domino.
Benedicite ymber et ros dño: benedicite omnis spiritus dei donuno.
Benedicite ignis et estus domino; bñdicite frigus et estas domino.
Benedicite rores et pruina domino: benedicite gelu et frigus domino.
Benedicite glacies et niues domino: benedicite noctes et dies domino.
Benedicite lux et tenebre domino: benedicite fulgura et nubes domino.
Benedicat terra dominũ: laudet et superexaltet eum in secula.

Benedicite montes et colles domino: benedici
te vniuersa germinantia in terra domino.
Benedicite fontes domino / benedicite maria
et flumina domino.
Benedicite cete ⁊ oĩa que mouentur in aquis
domino: benedicite oẽs volucres celi domino.
Benedicite omnes bestie et pecora domino: be-
nedicite filij hominum domino.
Benedicat israel dominum: laudet et superex-
altet eum in secula.
Benedicite sacerdotes domini domino: bene-
dicite serui domini domino.
Benedicite spiritus et anime iustorum domi-
no: benedicite sancti et humiles corde domino.
Benedicite anania azaria misael domino: lau
date et superexaltate eum in secula.
Benedicamus patrem ⁊ filiũ cum sancto spiri-
tu: laudemus et superexaltemus eum in secula.
Benedictus es dñe in firmamẽto celi: et lauda
bilis et gloriosus ⁊ superexaltatus in secula.
ps. cxlviij. in quo monet nos ad laudandũ deũ.
Laudate dñm de celis: laudate eũ in excel-
sis. Laudate eum oẽs angeli eius lau
date eum omnes virtutes eius.
Laudate eum sol et luna: laudate eum omnes
stelle et lumen.

Laudate eum celi celorum et aque que super celos sunt: laudent nomen domini.
Quia ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit et creata sunt.
Statuit ea in eternum et in seculum seculi: preceptum posuit et non preteribit.
Laudate dñm de terra: drachões ⁊ oẽs abyssi.
Ignis grando nix glacies spiritus procellarũ: que faciunt verbum eius.
Mõtes ⁊ oẽs colles ligna fructifera ⁊ oẽs cedri
Bestie et vniuersa pecora: serpentes et omnes volucres pennate.
Reges terre et omnes populi: principes et omnes iudices terre.
Iuuenes ⁊ virgines senes cũ iunioribꝰ laudẽt nomẽ dñi: quia exaltatũ est nomen eius solius.
Confessio eius super celum et terram: ⁊ exaltauit cornu populi sui.
Hymnus omĩbus sanctis eius: filiis israel populo appropinquanti sibi.
Psalmus. cxlix. in quo monet ad laudem dei.

Cantate dño canticum nouũ: laus eius in ecclesia sanctorꝝ. Letetur israel in eo qui fecit eum: et filie syon exultent in rege suo.
Laudent nomen eius in choro: in tympano et psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est domino in populo suo: et exaltauit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis.

Exultationes dei in gutture eorũ: et gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hec est oĩbus sanctis eius. Ps. cl. in quo monet ad laudem dei/propter beneficiũ glorificatiõis.

Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tube: laudate eũ in psalterio et cythara.

Laudate eum in tympano et choro: laudate eũ in chordis et organo.

Laudate eũ in cymbalis benesonantibus/laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum. Gloria patri. añ. O admirabile commercium creator generis humani animatũ corpus sumens de virgine nasci digna

tus est: et procedens homo sine semine / largitus tus est nobis suam deitatem. Capitulum.

Maria virgo semp letare: que meruisti christū portare celi et terre cōditorē: q̄a de vtero protulisti mūdi saluatorē. Deo gra. Hymnus

O Gloriosa dñā / excelsa supra sydera: qui te creauit prouide / lactasti sacro vbere.

Q đ eua tristis abstulit / tu reddis almo germine / intrēt vt astra flebiles / celi fenestra facta es.

Tu regis alti ianua / et porta lucis fulgida vitam datā per virginē / gentes redēpte plaudite

Gloria tibi domine / qui natus es de virgine: cū patre et sancto spiritu / in sempiterna secula. Amē. ℣. Elegit eam deus ⁊ preelegit eam. ℟. Et habitare eam facit in tabernaculo suo. Añ. O gloriosa. ¶ Canticū zacharie. Luce. j. capl.

Benedictus dominus deus israel: quia visitauit et fecit redemptionem plebis sue.

Et erexit cornu salutis nobis: in domo dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum: quia seculo sunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris / et de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiā cum patribus nostris: et memorari testamenti sui sancti.

Iusiurandum quod iurauit ad abraham patrem nostrum: daturum se nobis.
Ut sine timore de manu inimicorum nostrorū liberati: seruiamus illi.
In sanctitate et iustitia coram ipso / omnibus diebus nostris.
Et tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini parare vias eius.
Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum.
Per viscera misericordie dei nostri / in quibus visitauit nos oriens ex alto.
Illuminare his q̄ in tenebris et in vmbra mortis sedent: ad dirigēdos pedes nostros in viam pacis. Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorū. Amen. añ. O gloriosa dei genitrix virgo semper maria: que dn̄m oīm meruisti portare: ⁊ regē angelorū sola virgo lactare: nostri q̄s pia memorare et pro nobis christū deprecare: vt tuis fulti patrociniis / ad celestia regna mereamur puenire. ℣. Ostēde nobis dn̄e misericordiā tuā. ℟. Et salutare tuū da nobis. Oro.
Concede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis ⁊ corporis salute gaudere / et gloriosa beate marie semp vir-

ginis intercessione: a presenti liberari tristicia ꝛ eterna perfrui leticia. Per christum dominū nostrum. Amen. ℂ De sancto spiritu. Aña.



Ueni scte̅ spūs/reple tuorū corda fideliū/ ꝛ tui amoris in eis ignē accende. ℣. Emitte spūm tuū et creabunt. ℟. Et renouabis faciē terre. Oratio

Deus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti da nobis in eodem spiritu recta sapere: ꝛ de eius semper consolatione gaudere. Per christum dominū nostrū. Pater. Aue. ℂ De trinitate Aña

Libera nos salua nos iustifica nos: o beata trinitas. ℣. Sit nomē domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc et vsqꝫ in seculum. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus / qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere: et in potentia maiestatis adorare vnitatē/ quesumus vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. In qua viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorū Pater. Aue. ℂ De sancta cruce aña.



Nos autem gloriari oportet in cruce dn̄i nostri iesu christi. ℣. Omnis terra adoret te deus ꝛ psallet tibi. ℟m.

Psalmum dicat nomini tuo. Oremus. Oratio.

Deus qui sanctam crucē tuam ascendisti: et mundi tenebras illuminasti: tu corda et corpora nostra per virtutem sancte crucis illuminare visitare & confortare dignare. Qui vivis & regnas deus. Per oia scła seculorū. Amen Pater noster. Aue. ¶ De sctō michaele archangelo. añ. Michael archangele veni in adiutorium populo dei. ℣. In cōspectu angelorū psallā tibi deus meus. ℟. Adorabo ad templū sanctum tuū et confitebor nomini tuo. Oratio.

Deus qui miro ordine angelorū ministeria hominūqꝫ dispensas: concede propitius: vt quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur: ab his in terra vita nostra muniatur. Per christum. Pater. Aue. ¶ De sctō iohāne baptista. añ. Inter natos mulierū nō surrexit maior iohāne baptista. ℣. Fuit homo missus a deo. ℟. Cui nomē erat iohānes. Oratio.

Perpetuis nos dñe sancti iohannis baptiste tuere presidijs: et quāto fragiliores sumus: tanto magis necessarijs attolle suffragijs. Per christū dñm nostrū. Amē. Pat. Aue. ¶ De sancto petro et paulo apostolis. ān. Petrus apostolus & paulus doctor gentiū: ipsi nos docuerunt legem tuam domine. ℣. In omnem

terram exiuit sonus eorum. ℟. Et in fines orbis terre verba eorum. Oremus. Oratio.
DEus cuius dextra beatum petrum apostolum ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit: et coapostolum eius paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit exaudi nos propicius et concede: vt amborũ meritis/eternitatis gloriã consequamur. Per christum. Pater. Aue. ¶ De sctõ paulo. aň. O gloriosum lumen omnium ecclesiarum sole splendidius. O vere apostolicum sydus altissimũ sancte paule qui eterni regis splẽdorẽ tenebris gentium infudisti: qui in terra positus celorũ secreta petisti: ⁊ que nõ licẽt homini loqui preuidisti: illuc supplices tuos post huius carnis terminũ perducere dignare quos fecisti veritatis lumen agnoscere. ℣. In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ. Et in fines orbis terre verba eorum. Oratio.
DEus qui vniuersum mundum beati pauli apostoli predicatiõe docuisti/ da nobis quesumus: vt cuius memoriã colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per dñm. Pater noster. Aue. ¶ De sctõ andrea apostolo. aň. Andreas christi famulus/ dignus deo apľus / germanꝰ petri: et in passione socius. ℣. Dilexit andream dñs. ℟. In odorem suauitatis. Oratio.



M Aiestatem tuam dn̄e supplici-
ter exoramus: vt sicut ecclesie
tue beatus andreas apostolus extitit
predicator & rector: ita apud te sit pro
nobis perpetuus intercessor. Per chri-
stum. Pater. Aue. ¶ De sancto iohā-
ne euangelista. añ. Iste est iohannes qui supra
pectus domini in cena recubuit: beatus aposto-
lus cui reuelata sunt secreta celestia. ℣. Valde
honorandus est beatus iohānes euāgelista. ℟.
Qui supra pectus dn̄i in cena recubuit. Oratio.



E Cclesiā tuā quesumus dn̄e be-
nignus illustra: vt beati iohā-
nis ap̄li tui et euāgeliste illuminata
doctrinis: ad dona perueniat sempi-
terna. Per. Pr̄. Aue. ¶ De sctō lau-
rentio martyre. añ. Leuita lauren-
tius bonū opus opatus est qui per signū sctē cru-
cis cecos illuminauit. ℣. Dispersit dedit paupe-
ribus. ℟. Justitia eius manet in sclm̄ scli. Orō.



D A nobis q̄s om̄ps deus: viciorū
nostrorū flāmas extinguere/
qui beato laurentio tribuisti tormen-
torum suorū incendia superare. Per
christū. Pr̄. Aue. ¶ De sancto pātha-
leone martyre. añ. Sancte pantha-

leon martyr christi militari ordine fuisti quo pre eminuisti. Demum heremiticã vitam acquisisti. Tu vero ydropicum sanum reddidisti. Missus in equuleo vngues perdidisti. Costas cũ lãpadibus adustus fuisti. Collum subdens gladio pronus protulisti. Fundens lac pro sanguine vitam sic finisti. Cunctas febres dilue a plebe tam tristi. Qui celestis glorie regna meruisti. ℣. O sancte panthaleon ora pro nobis. ℟. Ut ab omnibus liberemur febribus. Oremus. Oratio.

DEus qui humiliũ vita respicis: ipsorum sspernis preces adesto plebis tue precibus auctor ipse pietatis/et presta: vt qui bti panthaleonis martyris tui memoriã agimus ab oĩbus febriũ generibus efficaciter liberemur et ad gaudia eterna te ducẽte peruenire mereamur: per te iesu christe rex glorie. Qui cũ deo patre et spiritu sctõ viuis et regnas deus. Per oĩa secula sclorũ. Pr̃. Aue. ¶ De sctõ stephano prothomar. Aña



Stephanus vidit celos apertos vidit et introiuit: beatus homo cui celi patebãt. ℣. Glia et honore coronasti eũ dñe. ℟. Et cõstituisti. et c. Oratio.

DA nobis quesum⁹ dñe imitari quod colimus vt discamus et inimicos diligere/quia eius cõmemorationẽ

agimus qui nouit etiam pro persecutoribus suis exorare Dn̄m nostrū iesum christū filiū tuum. Qui tecū viuit et regnat in vnitate spūs sancti deus. Per. [redacted] Gloria et honore coronasti eū dn̄e. R. Et constituisti eum super opa manuū tuarū. Oratio.



D[redacted] Per christū. De sctō Erkēwaldo epo. añ. O decus insigne nr̄m pastor benigne. O lux londonie pater Erkenwalde beate. Qui supra astra deū: gaudes spectare per euū. Aspice litātes: tua gaudia nos celebrātes. Et tecū vite fac participes sine fine. V. Ora pro nobis btē Erkēwalde. R. Ut digni ef. Orō

Omnipotens sempiterne deus: apud quem est cōtinua semper sanctorū festiuitas tuorum: presta q̄s / vt qui memoriam beati Erkenwaldi pontificis agimus: ab hostium nostrorū eruemur nequitia: et ad eternorum nos prouehi concedas bn̄ficia premiorū. Per dn̄m. Pr̄. Aue.

¶ De sancto nicolao epo. Aña. Beatus nicolaus adhuc puerulus multo ieiunio macerabat corpus. ℣. Ora pro nobis beate nicolae. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus christi. Oro.



Deus qui beatũ nicolaũ pium pontificẽ tuum innumeris decorasti miraculis tribue nobis qs: vt eius meritis et precibus a gehẽne incendijs liberemur. Per christũ. Pr. Aue. ¶ De sancto armigilo cõfessore. Aña. Sancte dei preciose/aduocate gloriose confessor armigile. Saluatorem deprecare: nos a malis liberare: gutteqꝫ grauamine. Hoc in mũdo dum vixisti/per virtutẽ iesu christi/ tuis sanctis precibus: tactu pallij adiuuisti: plures quos post exiuisti: suis a languoribus. Morbos enim vniuersos/multa plebe circũspersos/sanasti mirifice. Iuua ergo omnes gentes/in te sancte cõfidentes confessor armigile. Tibi vt prenunciaret mortẽ celumqꝫ pararet: missus erat angelus Tua virtus deprecetur/nostra mors prenuncietur/a celo diuinitus. Simus deo vt parati quãdo erimus vocati: a presenti seculo. Et post huius vite cursum perfruamur tecum sursum: sanctorũ cõsortio. ℣. Ora pro nobis beatissime cõfessor armigile. ℟. Ut per te liberemur a mor-

borum omnium grauamine. Oremus. Oratio.

Deus qui beatū armigilū cōfessorē tuum mirabilibus et innumeris decorasti mira culis: concede propitius: vt nos ab omni aduersitate mentis et corporis semper liberemur/supplicationē nostrā ac auditionē votiuā consequi mereamur et feliciter ad eterne beatitudins consortiū eius precibus perducamur. Per chri. Pr. Aue. ¶ De sctā maria magda. añ Maria ergo vnxit pedes iesu et extersit capillis capitis sui: et dom⁹ impleta est ex odore vnguēti. V. Dimissa sunt ei pctā multa. R. Qm̄ dilexit multū. Oro.



Largire nobis clemētissime pater: qd sicut beata maria magdalena vnigenitū tuū super omnia diligēdo suorū obtinuit veniā peccaminū: ita nobis apud miam tuā sempiternam impetret beatitudinē. Per chri. Pat. Aue. ¶ De sctā Wilgefortis virgine et marty. aña. Aue sctā famula Wilgefortis christi. Que ex tota anima christū dilexisti. Dū regis cecilie nuptias spreuisti. Crucifixo dño fidē prebuisti. Jussu patris carceris tormenta subisti. Creuit barba facie quod obtinuisti. A christo pro munere quod sibi voluisti. Te volentes nubere sibi confudisti. Uidens pater impius te sic

deformatam. Eleuauit acrius in cruce paratã. Ubi cum virtutibus reddidisti gratam. Animam que totiens christo commendatam. Quia deuotis laudibus tuam memoriam virgo colimus. O beata Wilgefortis ora pro nobis quesumus. V. Diffusa est grã in labijs tuis. R. Propterea benedixit te deus in eternum. Oratio.

Famliam tuam quesumus domine beate Wilgefortis virginis et martyris tue regis filie meritis et precibus propitius respice: et sicut ad preces ipsius barbam quam concupiuit sibi celitus accrescere fecisti: ita desideria cordis nostri superne gratie digneris bñficijs augmẽtare. Per christum dñm nostrũ. Amẽ. Pater noster. Aue ma.

De sancta katharina virgine et martyre. Añа. Uirgo sancta katharina grecie gemma / vrbe alexandrina costi regis erat filia. V. Ora pro nobis btã katharina. R. Ut digni efficiamur promissionibus christi. Oratio.



Omnipotens sempiterne deus / qui gloriose martyris tue katharine corpus in montem synai ab angelis deferri iussisti: concede propitius eius obtentu nos ad arcem virtutum prouehi / vbi visionis tue claritatem mereamur intueri. Per christum. Pater

noster. Aue ma. ¶ De sancta margareta virgi ne et martyre. Aña. Erat autem margareta annorū quindecim: cū ab impio olibrio traderetur in carcerem. ℣. Specie tua et pulchritudine tua. ℟. Intende prospere pcede et regna. Oro.



Deus qui beatam virginē margaretam ad celos per martyrij palmam venire fecisti: concede nobis quesumus vt eius exempla sequētes: ad te pertingere mereamur. Per christum dnm nostrum. Pater. Aue.

¶ De sctā Sitha virgine. añ. Aue sctā famula Sitha iesu christi. Que cū tota anima deo placuisti. Egenos et flebiles de cibo pauisti. Cecos mutos / debiles & claudos inuisti. Sēper elemosynā dare quesiuisti. Deum & ecclesiā virgo dilexisti. Fraudē et nequitiā tu nimis odisti Para nobis gloriam quā tu meruisti. ℣. Ora pro nobis beata virgo Sitha. ℟. Ut mūdemur ab omnibus malis in hac vita. Oremus. Oratio.

Deus qui beatam Sitham virginem famulam tuam in ipsius vita multis miraculis decorasti: te suppliciter exoramus / vt omnes qui in tuo nomine ab ea postulāt auxilium / eius obtentu apud te sibi sentiant oportunum. Per christū. Pat. Aue. ¶ De oībus sanctis. añ.



Omnes scti ⁊ electi dei nri memora mini ante deū vt vris precibus adiu ti mereamur vobis adiungi. ℣. Leta mini in dño et exultate iusti. ℟. Et gloriamini oēs recti corde. Oro.

Omniū sctōrū tuorū q̄s dñe intercessione placatus / ⁊ veniā nobis delictorum tribue: ⁊ remedia sempiterna cōcede. Per. Pat. Aue. Pro pace. añ. Da pacē dñe in diebus nostris: quia non est alius qui pugnet pro nobis nisi tu deus noster. ℣. Dñe fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis. Oratio.

Deus a quo sctā desideria recta cōsilia / et iusta sunt opa: da seruis tuis illā quā mūdus dare nō potest pacē: vt ⁊ corda nostra mādatis tuis dedita ⁊ hostiū sublata formidine: tempora sint tua protectione trāquilla. Per. Pater Aue. ¶ Pro cūctis fidelibus defunctis. Colla.

Fidelium deus omniū conditor et redemptor animabus famulorū famularumq̄ tuarum / remissionem cunctorū tribue peccatorum: vt indulgentiā quam semper optauerunt piis supplicationibus consequantur. Qui viuis et regnas deus. Per omnia scla seculorū. Amē. Requiescant in pace. Amē. Pater noster. Aue.

¶ Sequuntur hore de sancta cruce. Ad matut.



Patris sapiētia veritas diuina. Deus homo captus est hora matutina. A notis discipulis cito derelictus. A iudeis venditus traditus et afflictus. ℣. Adoramus te christe et benedicimus tibi. ℟. Quia per sanctam crucē tuā redemisti mundū. Oratio.

Domīe iesu christe fili dei viui: pone passionē crucē

et mortem tuã/inter iudicium tuum et animas nostras nunc et in hora mortis nostre: ⁊ largiri digneris viuis misericordiã et gratiã defunctis requiẽ et veniã/ecclesie tue sancte pacẽ et cõcor=diam et nobis peccatoribus vitã et gloriã sem=piternam. Qui cũ patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per oĩa scl'a scl'orũ. Gloriosa passio domini nostri iesu christi/eruat nos a do lore tristi/et perducat nos ad gaudia paradisi. Amen.

¶ Hore compassionis beate marie.

MAtris cor virgineum trina totum triuit. Quãdo suum filium nocte captũ sciuit: Ductum ad pretorium mane cum audiuit. Fre=quens dans suspirium/sepe singultiuit. ℣. Te laudamus ⁊ rogamus mater iesu christi. ℟. Ut intẽdas ⁊ defendas nos a morte tristi. Oratio.

DOmine scẽ iesu fili dulcis virginis ma=rie/qui pro nobis mortem in cruce tole=rasti: fac nobiscum misericordiã tuam: et da no=bis et cunctis compassionẽ tue sanctissime ma=tris deuote recolentibus eius amore vitã in pre=senti gratiosam: et tua pietate gloriam in futu=ro sempiternam. In qua viuis et regnas deus. Per omnia scl'a scl'orũ. Trenosa cõpassio dul=cissime dei matris/ꝑducat nos ad gaudia sum=mi celi patris. Amen.

¶ Ad primam de dña



Deus i ad iutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina Gloria patri et filio / et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nūc et semp: et in secula sclo2ū. Amē. Hymnus.

Veni creator spiritus / mē tes tuorum visita: imple supna gratia / que tu creasti pectora. Memento salutis auctor

q nostri quōdam corporis/ ex illibata virgine/ nascendo formā sumpseris.

Maria mater grē/mater misericordie/ tu nos ab hoste protege/in hora mortis suscipe.

Gloria tibi dñe/qui natus est de virgine/ cum patre et sctō spiritu:in sempiterna secula. Amē.

añ. O admirabile. ¶ Oratio christi ad patrē cōtra iudeos insurgentes aduersus eum/ & cuiusq̄ iniuste ab hostibus oppressi. Psalmus. liij.

Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam:auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me et fortes quesierunt animam meam: et non proposuerunt deum ante conspectum suum.

Ecce enim deus adiuuat me:& dominus susceptor est anime mee. Auerte mala inimicis meis:et in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi:et cōfitebor nomini tuo domine/quoniam bonum est.

Quoniā ex omni tribulatione eripuisti me /et super inimicos meos despexit oculus meus.

Gloria patri et filio:et spiritui sancto.

¶ Vocatio gentium ad laudem dei & diuitis in omnes diuine misericordie laudatio. Ps̄ cxvj.

Laudate dominum omnes gentes lauda=
te eum omnes populi.
Quoniam confirmata est super nos misericor
dia eius: et veritas dñi manet in eternum.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
De lapide angulari christo iesu / et spe firma
atq; in deum recta semper habenda. Ps. cxvij.
Confitemini domino quoniã bonus quo=
niam in seculum misericordia eius.
Dicat nunc israel quoniam bonus: quoniã in
seculum misericordia eius.
Dicat nunc domus aaron: quoniam in seculũ
misericordia eius.
Dicant nunc qui timent dominum: quoniam
in seculum misericordia eius.
De tribulatione inuocaui dominum: & exaudi
uit me in latitudine dominus.
Dominus mihi adiutor: non timebo quid fa=
ciat mihi homo.
Dominus mihi adiutor: et ego despiciam ini=
micos meos.
Bonũ est confidere in dño / q̃ cõfidere in hoie.
Bonũ est sperare in dño: q̃ sperare in pricipibꝰ
Omnes gentes circuierũt me: et in nomine do
mini quia vltus sum in eos.
Circundantes circundederunt me: et in nomi=

ne domini quia vltus sum in eos.
Circumdederunt me sicut apes / et exarserunt sicut ignis in spinis: et in nomine domini quia vltus sum in eos.
Impulsus euersus sum vt caderem / et dominus suscepit me.
Fortitudo mea et laus mea dominus: ꝛ factus est mihi in salutem.
Vox exultationis et salutis: in tabernaculis iustorũ. Dextera dñi fecit virtutem / dextera dñi exaltauit me: dextera domini fecit virtutem.
Non moriar sed viuam: et narrabo opera dñi.
Castigans castigauit me dominus / et morti non tradidit me.
Aperite mihi portas iustitie: ꝛ ingressus in eas confitebor domino: hec porta domini iusti intrabunt in eam.
Confitebor tibi domine quoniã exaudisti me / et factus es mihi in salutem.
Lapidem quem reprobauerunt edificãtes: hic factus est in caput anguli.
A domino factum est istud / et est mirabile in oculis nostris.
Hec est dies quam fecit dominus: exultemus ꝛ letemur in ea.
O domine saluum me fac o domĩe bene prospe-

rare: benedictus qui venit in nomine domini.
Benediximus vobis de domo domini: deus dominus et illuxit nobis.
Constituite diem solẽnem in condensis: usqꝫ ad cornu altaris.
Deus meus es tu ꝛ confitebor tibi: deus meus es tu et exaltabo te.
Confitebor tibi quoniam exaudisti me / et factus es mihi in salutem.
Confitemini domino quoniam bonus: quoniã in seculum misericordia eius.
Gloria patri. añ O admirabile cõmertiũ creator generis humani / animatũ corpus sumẽs de virgine nasci dignatus est et ꝓcedẽs homo sine semine: largitus est nobis suã deitatẽ. Capm.
IN omnibus requiem quesiui / et in hereditate domini morabor: tunc precepit et dixit mihi creator omnium: et qui creauit me / requieuit in tabernaculo meo. Deo grãs. ℟. Aue maria gratia plena. Dñs tecum. Aue maria. ℣. Benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus ventris tui. Dñs tecum. Gloria patri et filio et spiritui sctõ. Aue maria gratia plena dominus tecum. ℣ Sancta dei genitrix virgo semper maria. ℟ Intercede pro nobis ad dominũ deum nostrũ. Domine exaudi orationẽ meam.

Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oratio

C Oncede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mētis et corporis salute gaudere / ꝛ gloriosa beate marie semper virginis intercessione: a presenti liberari tristitia ꝛ eterna perfrui letitia. Per christū dn̄m nostrū. Pater noster. Aue. ¶ Ad primā de sancta cruce

H Ora prima ductus est iesus ad pylatum. Falsis testimonijs multum accusatum. In collo percutiunt manibus ligatū. Vultum dei conspuūt lumen celi gratū. ℣. Adoramus te christe ꝛ benedicimus tibi. Quia per sanctā crucem tuam redemisti mundum. Oratio.

D Omine iesu christe fili dei viui pone passionē crucem ꝛ mortem tuā: inter iudiciū tuū et animas nostras: nūc et in hora mortis nostre et largiri digneris viuis miam et gratiam defunctis requiē et veniā / ecclesie tue sancte pacem et concordiā / et nobis peccatoribus vitam et gloriā sempiternā. Qui cū patre ꝛ spū sctō viuis et regnas deus. Per. Gloriosa passio dn̄i nostri iesu christi / eruat nos a dolore tristi: ꝛ perducat nos ad gaudia paradisi. Amen. Pater. Aue maria. ¶ Ad primā de cōpassione beate marie.

H Ora prima dn̄a vidēs flagellatū. Suum vnigenitū turpiter tractatū. Colaphis

et alapis sputo deformatum. Manus torquens grauiter ruit in ploratum. ℣. Te laudamus et rogamus mater iesu christi. ℟. Ut intendas et defendas nos a morte tristi. Amen. Oratio.

Domine scte iesu fili dulcis virginis marie: qui pro nobis mortem in cruce tolerasti: fac nobiscũ miam tuã: et da nobis et cunctis compassionẽ tue sanctissime matris deuote recolentibus / eius amore vitã in presenti gratiosam: et tue pietate gloriã in futuro sempiternã. In qua viuis ꝛ regnas deus. Per oĩa secula.

Trenosa ꝯpassio dulcissime dei matris: perducat nos ad gaudia summi celi patris. Amẽ. Pater. Aue. ¶ Pro fidelibus defunctis. Oratio.

Deus qui hominẽ de limo terre / vt angelorũ impleres ruinas ad ymaginẽ ꝛ similitudinẽ tuã formasti: et vt ipsum lapsum ad locum perditũ reuocares: in cruce mortem passus fuisti / miserere q̃s animabus omniũ fideliũ defunctorũ: iustitiã tuam per misericordiã mitigãdo: ne opera manuũ tuarũ propter carnis peccata damnẽtur que fragilia et ad peccandũ prona creasti. Qui viuis et regnas deus in secula seculoꝝ. Amẽ. Fideliũ aĩe per miam dei requiescãt in pace. Amẽ. Anime eorũ in bonis demorẽtur: et semen eorũ hereditet terrã. ¶ Ad tertiã.



Deus i adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri et filio / et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum. Amen. Hymnus.

Veni creator spiritus: mentes tuorum visita: imple superna gratia que tu creasti pectora. Memento salutis auctor



q̄ nostri quondam corporis/ex illibata virgine nascendo formam sumpseris.
Maria mater grē/mater misericordie/tu nos ab hoste protege/in hora mortis suscipe.
Gloria tibi dn̄e/qui natus es de virgine/cū patre ꝛ sctō spū:in sempiterna scl'a. Amē. añ. Quādo nat⁹. ¶ De fugiēda infidelitate:ꝛ ne quēpiā ledāt pu̇ersē doctrine lingue deprecatio. p̄.cxix.
Ad dominum cum tribularer clamaui: ꝛ exaudiuit me.
Domine libera animam meā a labijs iniquis et a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut quid apponatur tibi/ad linguam dolosam.
Sagitte potentis acute/cum carbonibus desolatorijs.
Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est/habitaui cum habitantibus cedar:multum incola fuit anima mea.
Cum his qui oderunt pacem eram pacificus/cum loquebar illis impugnabant me gratis.
Gloria pa. ¶ De vera magnanimitate/et verum auxiliū vnde sit petendū cōtēplatio. p̄.cxx.
Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.
Auxiliū meum a dn̄o:qui fecit celum ꝛ terram

Non det in commotionem pedem tuum: neqꝫ dormitet qui custodit te.
Ecce non dormitabit neqꝫ dormiet: qui custodit israel.
Dominus custodit te dominus protectio tua/ super manum dexteram tuam.
Per diem sol non vret te:neqꝫ luna per noctem
Dominus custodit te ab omni malo:custodiat animam tuam dominus.
Dominus custodiat introitum tuum et exitũ tuum:ex hoc nunc et vsqꝫ in seculum.
Gloria patri et filio. ¶ De vera voluptate/et alterius meliorisqꝫ vite desiderio. Psalm⁹.cxxi.
Letatus sum in his que dicta sunt mihi/ in domũ domini ibimus. Stantes erãt pedes nostri:in atrijs tuis hierusalem.
Hierusalẽ que edificatur vt ciuitas:cuius participatio eius in idipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini testimoniũ israel: ad confitendum nomini dñi.
Quia illic sederũt sedes in iudicio: sedes super domum dauid.
Rogate que ad pacem sunt hierusalẽ:ꝛ abundantia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua:et abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos et proximos meos / loquebar pacem de te.
Propter domũ dñi dei nostri: quesiui bona tibi
Gloria. Añ. Quando natus es ineffabiliter ex virgine / tunc implete sunt scripture / sicut pluuia in vellus descendisti / vt saluum faceres genus humanũ te laudamus deus noster. Capm.
AB initio et ante secula creata sum: ⁊ vsqȝ ad futurũ seculũ nõ desinã: et in habitatione sancta corã ipso ministraui. Deo grat. ℟. Sancta dei genitrix virgo semꝑ maria. Sctã. ℣. Intercede pro nobis ad dñm deũ nostrũ. Uirgo semꝑ maria. Gloria pr̃i ⁊ filio: ⁊ spiritui sctõ Sctã dei genitrix virgo semper maria. ℣. Post partũ virgo inuiolata permansisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. Dñe exaudi orationẽ meã. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.
COncede nos famulos tuos q̃s dñe deus / perpetua mẽtis ⁊ corporis salute gaudere et gloriosa beate marie semꝑ virginis intercessione / a presenti liberari tristitia / ⁊ eterna ꝑfrui letitia. Per chr̃i. Pr̃. Aue. ¶ Ad tertiã de cruce.
CRucifige clamitant hora tertiarũ. Illusus induitur veste purpurarum. Caput eius pungitur corona spinarũ. Crucem portat humeris ad locũ penarũ. ℣. Adoramus te chri-

ste et benedicimus tibi. ℞. Quia per sanctā cru
cem tuam redemisti mundum. Oratio.
Domine iesu christe fili dei viui pone pas=
sionē crucē & mortē tuā: inter iudiciū tuū
et aīas nostras: nunc et in hora mortis nostre et
largiri digneris viuis miam & gratiam / defun
ctis requiē & veniā / ecclesie tue sctē pacē & cōcor
diā: & nobis pctōribus vitā & gloriā sempiternā
Qui cū pre et spū sctō viuis & regnas de9. Per.
Gloriosa passio dñi nr̄i iesu christi / eruat nos a
dolore tristi: & perducat nos ad gaudia paradisi
Amē. Pater. Aue. ¶ De cōpassione btē marie.
Videns virgo virginum hora tertiarum
Caput punctum filij corona spinarum.
Crucem ferens scapulis ad loca penarum. Heu
dolore sternitur luto platearum. ℣. Te lauda=
mus & rogamus mater iesu christi. ℞. Ut inten
das et defendas nos a morte tristi. Oratio.
Domine sctē iesu fili dulcis virginis ma=
rie: qui pro nobis mortē in cruce tolerasti
fac nobiscū miam tuā & da nobis & cūctis cōpas=
sionē tue sanctissime matris deuote recolētibus
eius amore vitā in presenti gratiosam: & tua pie
tate gloriā in futuro sempiternā. In qua. Tre
nosa cōpassio dulcissime dei matris pducat nos
ad gaudia summi celi patris. Amē. ¶ Ad sextā.



Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri et filio / et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum. Amen. Hymnus.

Veni creator spiritus / mentes tuorum visita: imple superna gratia / que tu creasti pectora. Memento salutis auctor



q̄ nostri quondam corporis/ex illibata virgine nascendo formam sumpseris.
Maria mater gr̄e/mater misericordie/tu nos ab hoste protege/in hora mortis suscipe.
Gloria tibi domine/qui natus es de virgine/cum patre et sancto spiritu: in sempiterna secula. Amen. An̄a. Rubū quē. ¶ De charitate ad deū a fastu mundi fatigatorū oratio. Ps̄. cxxii.
AD te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancille in manibus domine sue ita oculi nostri ad dominum deum nostrum: donec misereatur nostri.
Miserere nostri domine miserere nostri/quia multum repleti sumus despectione.
Quia multum repleta est anima nostra opprobrium abundantibus: et despectio superbis.
Gloria pa. ¶ De confidētia in deo/et superatorum supra vires periculorū euasio. Psal. cxxiii.
NIsi quia dn̄s erat in nobis dicat nūc israel: nisi quia dominus erat in nobis.
Cum exurgerent homines in nos/forte viuos deglutissent nos
Cum irasceretur furor eorum in nos/forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentē pertransiuit aīa nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.
Benedictus dominus qui non dedit nos: in captione dentibus eorum.
Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantium.
Laqueus contritus est: et nos liberati sumus.
Adiutorium nostrū in nomine domini: qui fecit celum et terram.
Gloria pr̄i. Sicut erat. ¶ De vera spe / et angelorum ad bonorū custodiā presidio. Ps̄. cxxiiij.
Qui confidunt in domino sicut mons syon: non commouebitur ineternum / qui habitat in hierusalem.
Montes in circuitu eius et dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc et usqꝫ in seculum.
Quia nō relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: vt non extendāt iusti ad iniquitatem manus suas.
Benefac domine: bonis et rectis corde.
Declinantes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem: pax super israel. Gloria patri. Sicut erat. An̄. Rubum quē viderat moyses incombustum conseruatam agnouimus tuam laudabilē virginitatem dei genitrix intercede pro nobis. Capitulū.

ET sic in syon firmata sum / et in ciuitate sanctificata similiter requieui / et in hierusalem potestas mea. Deo gratias. ℞. Post partum virgo Inuiolata permansisti. ℣. Dei genitrix intercede pro nobis. Inuiolata permansisti. Gloria patri et filio et spiritui sctō. Post partum virgo inuiolata permansisti. ℣. Speciosa facta es et suauis. ℞. In delicijs tuis sancta dei genitrix. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oratio.

COncede nos famulos tuos quesumus domine deus: perpetua mētis et corporis salute gaudere: et gloriosa beate marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristitia / et eterna perfrui letitia. Per christū dominū nostrum. Pater. Aue. ¶ Ad sextā de sancta cruce.

HOra sexta iesus est cruci cōclauatus. Atque cum latronibus pendens deputatus. Pre tormentis sitiens felle saturatus. Agnus crimē diluit / sic ludificatus. ℣. Adoramus te christe et benedicimus tibi. ℞. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. Oremus. Oratio.

DOmine iesu christe fili dei viui: pone passionem crucem et mortem tuam / inter iudicium tuum et animas nostras / nunc et in hora mortis nostre: et largiri digneris viuis miseri-

cordiam et gratiam / defunctis requiem et veniam/ecclesie tue sancte pacem et concordiam/ et nobis peccatoribus vitam et gloriam sempiternam. Qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.
Gloriosa passio domini nostri iesu christi eruat nos a dolore tristi: et perducat nos ad gaudia paradisi. Amen. ¶ De compassione virginis marie.
Hora sexta respicit mater suum natum. Obstitum vulneribus in cruce leuatum / inter fures positum/ felleque potatum. Illa secum centies reddit eiulatum. ℣. Te laudamus et rogamus mater iesu christi. ℟. Ut intendas et defendas nos a morte tristi. Oremus. Oratio.
Domine sancte iesu fili dulcis virginis marie / qui pro nobis mortem in cruce tolerasti: fac nobiscum misericordiam tuam: et da nobis et cunctis compassionem tue sanctissime matris deuote recolentibus eius amore vitam in presenti gratiosam: et tua pietate gloriam in futuro sempiternam. In qua viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.
Trenosa compassio dulcissime dei matris/perducat nos ad gaudia summi celi patris. Amen. Pater noster. Aue maria. ¶ Ad nonam.



Deus i adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri & filio / et spiritui sancto. Sicut erat in principio & nūc & semp: & in secula sclorū. Amē. Hymnus.

Ueni creator spiritus / mētes tuorum visita: imple supna gratia, que tu creasti pectora. Memento salutis auctor

q nostri quondam corporis: ex illibata virgine: nascendo formam sumpseris.
Maria mater grẽ / mater misericordie / tu nos ab hoste protege / in hora mortis suscipe.
Gloria tibi domine: qui natus es de virgine: cũ patre et sancto spũ / in sempiterna secula. Amẽ.
añ. Germinauit. ¶ De charitate ad proximũ ⁊ post huius vite erũnas eterna ꝯsolatiõe. p̃. cxx v
IN conuertendo dominus captiuitatẽ: syon: facti sumus sicut consolati.
Tunc repletum est gaudio os nostrum / et lingua nostra exultatione.
Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis.
Magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus letantes.
Conuertere domine captiuitatem nostram: sicut torens in austro.
Qui seminãt in lachrymis: in exultatiõe metẽt
Euntes ibant ⁊ flebant: mittentes semina sua.
Uenientes aũt veniẽt cũ exultatione: portantes manipulos suos. Gloria. ¶ De verbo fidei et diuino implorando presidio sine quo in alicuius potestate situm non est saluari. Psal. cxxvi.
NIsi dominus edificauerit domum: inuanum laborauerunt qui edificant eam.

Nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra vi
gilat qui custodit eam.
Uanum est vobis ante lucem surgere: surgite
postq̄ sederitis qui manducatis panem doloris
Cum dederit dilectis suis somnum / ecce here=
ditas domini filij merces fructus ventris.
Sicut sagitte in manu potentis / ita filij ex=
cussorum.
Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex
ipsis / non confundetur cum loquetur inimicis
suis in porta.
Gloria patri. Sicut erat. ¶ De timore dei / et
optāda aliciu dei bn̄dictione. Psalmus. cxxvij.
Beati omnes qui timēt dominum: qui am
bulant in vijs eius.
Labores manuum tuarum quia manducabis
beatus es et bene tibi erit.
Uxor tua sicut vitis abundans / in lateribus
domus tue.
Filij tui sicut nouelle oliuarum / in circuitu
mense tue.
Ecce sic benedicetur homo: qui timet dominū.
Benedicat tibi dominus ex syon: et videas bo=
na hierusalem omnibus diebus vite tue.
Et videas filios filiorum tuorum pacem super
israel. Gloria patri. Aña. Germinauit radix

alleluia / Ecce maria genuit
nobis salvatorem /

iesse/orta est stella ex iacob: virgo peperit salua torem te laudamus deus noster. Capitulum.

E T radicaui in populo honorificato/ et in partes dei mei hereditas illius: et in plenitudine sanctorum detẽtio mea. Deo gratias. ℟. Speciosa facta es Et suauis. Speciosa. ℣. In delicijs tuis sancta dei genitrix. Et suauis. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Speciosa facta es et suauis. ℣. Dignare me laudare te virgo sacrata. ℟. Da mihi virtutem cõtra hostes tuos. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oratio.

C Oncede nos famulos tuos quesumus domine deus: perpetua mentis ⁊ corporis salute gaudere: ⁊ gloriosa beate marie semper virginis intercessione/ a presenti liberari tristitia/ et eterna perfrui letitia. Per christũ dominũ nostrum. Pater. Aue. ¶ Ad nonam de sctã cruce.

H Ora nona dominus iesus expirauit hely clamãs spiritum patri cõmendauit. Latus eius lancea miles perforauit. Terra tunc cõtremuit et sol obscurauit. ℣. Adoramus te christe et benedicimus tibi. ℟. Quia per sanctã crucem tuam redemisti mundum. Oratio.

D Omine iesu christe fili dei viui pone passionem crucem et mortem tuam: inter iu

dicium tuum et animas nostras/nunc ⁊ in hora mortis nostre: et largiri digneris viuis misericordiam et gratiam / defunctis requiem et veniam/ecclesie tue sancte pacem et concordiam/ et nobis peccatoribus vitam et gloriam sempiternam. Qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia se[cu]la sclorū. Amen. Gloriosa passio domini nostri iesu christi eruat nos a dolore tristi: ⁊ perducat nos ad gaudia paradisi. Amen. ¶ De compassione beate marie.

Hora nona flebilis cernit expirantē. Patri dando spiritum eloy clamantem. Militem cū lancea latus perforantem. Cadit tunc in extasim dolor sternit stantem. ℣. Te laudamus ⁊ rogamus mater iesu christi. ℟. Ut intendas et defendos nos a morte tristi. Oratio.

Domine scte iesu fili dulcis virginis marie / qui pro nobis mortem in cruce tolerasti: fac nobiscum misericordiā tuam: et da nobis et cunctis compassionē tue sanctissime matris deuote recolentibus eius amore vitā in presenti gratiosam: et tua pietate gloriam in futuro sempiternam. In qua viuis et regnas deus. Per oīa secula seculorū. Amen. Trenosa compassio dulcissime dei matris: pducat nos ad gaudia summi celi patris. Amen. ¶ Ad vesperas.



Deus i adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri et filio / et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nūc et seimp: et in secula seculorum. Amen.

¶ Psalmus. cxxi. in quo monet ad desiderium celestis patrie.

Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum



domini ibimus.
Stãtes erãt pedes nñi: in atrijs tuis hierusalẽ.
Hierusalẽ que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini testimoniũ israel: ad confitendũ nomini dñi.
Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum dauid.
Rogate que ad pacem sunt hierusalem: ⁊ abũdantia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos et proximos meos / loquebar pacem de te.
Propter domum domini dei nostri: quesiui bona tibi. Gloria patri. Sicut erat. ¶ Psalmus cxxij. in quo monet ad ascensum virtutum.
AD te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancille in manibus domine sue ita oculi nostri ad dominum deum nostrum: donec misereatur nostri.
Miserere nostri dñe miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.
Quia multum repleta est anima nostra oppro

briuum abundantibus: et despectio superbis.
Gloria patri. Sicut erat. ¶ Ps̄.cxxiij. in quo monet omne bonū nostrū deo esse ascribendum
NIsi quia dn̄s erat in nobis dicat nūc isra el: nisi quia dominus erat in nobis.
Cum exurgerent homines in nos / forte viuos deglutissent nos.
Cum irasceretur furor eorum in nos / forsitan aqua absorbuisset nos.
Torrentem pertrāsiuit aīa nostra: forsitā pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.
Benedictus dominus qui non dedit nos: in captione dentibus eorum.
Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantium.
Laqueus contritus est: et nos liberati sumus.
Adiutorium nostrum in nomine dn̄i / qui fecit celum et terram. Gloria patri. Sicut erat.
¶ Ps̄.cxxiij. in quo monet cōfidere in solo deo.
QUi confidūt in domino sicut mons syon non commouebitur in eternum / qui habitat in hierusalem.
Montes in circuitu eius et dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc et vsqꝫ in seculum.
Quia non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: vt non extendant

tisti ad iniquitatem manus suas.
Benefac domine: bonis et rectis corde.
Declinantes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem: pax super israel. Gloria pri. Sicut erat. ¶ Ps. cxxv.
In quo monet ad gaudium pro liberatione.
IN conuertendo dominus captiuitatē syon: facti sumus sicut consolati.
Tunc repletum est gaudio os nostrum / et lingua nostra exultatione.
Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis.
Magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus letantes.
Conuertere domine captiuitatem nostram: sicut torrens in austro.
Qui seminānt in lachrymis: in exultatiōe metēt
Euntes ibant et flebant: mittētes semina sua
Uenientes autem uenient cū exultatione: portantes manipulos suos.
Gloria patri et filio. Sicut erat in principio.
Aña. Post partum virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis. Capitulū.
BEata es maria que dñm portasti creatorē mundi genuisti qui te fecit / et in eternum permanes virgo. Deo gratias. Hymnus.

Ad vesperas.

Ave maris stella / dei mater alma / atq₃ semper virgo / felix celi porta.
Sumens illud aue / gabrielis ore: funda nos in pace / mutans nomen eue.
Solue vincla reis / profer lumē cecis: mala nostra pelle / bona cuncta posse.
Monstra te esse matrem / sumat per te preces / qui pro nobis natus / tulit esse tuus.
Virgo singularis / inter omnes mites nos culpis solutos / mites fac et castos.
Vitam presta puram / iter para tutum: vt videntes iesum / semper colletemur.
Sit laus deo patri / summo christo decus: spiritui sancto / trinus honor vnus. Amē. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Sancta maria.

¶ Canticum beate marie. Luce. j. capitulo.

¶ Diuine bonitatis magnificatio: humilium a deo exaltatio / et de suscepto redemptionis humane beneficio gratiarum actio.

Magnificat anima mea dominum.
Et exultauit spūs meus: in deo salutari meo. Quia respexit humilitatē ancille sue: ecce enī ex hoc beatā me dicēt omnes generationes
Quia fecit mihi magna qui potens est: et sanctum nomen eius.
Et misericordia eius a progenie in progenies:

F. j.

timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo / dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potētes de sede: ⁊ exaltauit humiles
Esuriētes impleuit bonis ⁊ diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerum suum: recordatus misericordie sue.
Sicut locutus est ad patres nostros: abraham et semini eius in secula. Gloria patri. añ. Sancta maria succurre miseris: iuua pusillanimes: refoue flebiles / ora pro populo interueni pro clero / intercede pro deuoto femineo sexu. Domine exaudi orationē meā. Et clamor. Oratio.
Concede nos famulos tuos q̄s dn̄e deus / perpetua mentis ⁊ corporis salute gaudere: et gloriosa beate marie semp virginis intercessione a presenti liberari tristitia: ⁊ eterna perfrui letitia. Per. Pat. Aue. Ad vespas de cruce.
De cruce deponitur hora vespertina. Fortitudo latuit: in mēte diuina. Talē mortem subijt / vite medicina. Heu corona glorie iacuit supina. ℣. Adoramus te christe et benedicimus tibi. ℟m. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. Oremus. Oratio.
Domine iesu christe fili dei viui: pone passionem crucem et mortem tuam: inter iu

dicium tuum et animas nostras nunc ꝛ in hora mortis nostre / et largiri digneris viuis misericordiam ꝛ gratiã / defunctis requiem ꝛ veniam ecclesie tue sancte pacem et concordiã / et nobis peccatoribus vitam et gloriã sempiternã. Qui cum patre et spiritu sctõ viuis et regnas deus. Per omnia secula sclorũ. Amen. Gloriosa passio domini nostri iesu christi / eruat nos a dolore tristi: et perducat nos ad gaudia paradisi. Amẽ Pater. Aue. ¶ De compassione virginis marie

DE cruce deponitur hora vesperarũ. Mater cum aspiceret eius natum carũ. Osculans amplectitur pignus celi clarum. Corpus eius madidat stillis lachrymarum. ℣. Te laudamus et rogamus mater iesu christi. ℟. Ut intendas et defendas nos a morte tristi. Oratio.

DOmine sctẽ iesu fili dulcis virginis marie: qui pro nobis mortem in cruce tolerasti: fac nobiscum misericordiam tuam: et da nobis et cunctis compassionẽ tue sanctissime matris deuote recolentibus eius amore vitã in presenti gratiosam: et tua pietate gloriam in futuro sempiternam. In qua viuis et regnas deus. Per oĩa. Trenosa cõpassio dulcissime dei matris perducat nos ad gaudia summi celi patris. Amen. Pater noster. Aue. ¶ Ad completoriũ.



Conuerte nos deus salutaris noster. Et auerte iram tuā a nobis. Deus in adiutoriū meum intēde. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri et filio/ & spiritui sancto. Sicut erat in principio & nūc & semper/ et in secula seculorū. Amen

Oratio pro salute hebreorū/ cū perseuerant in quempiā ini-

micorum insidie ad deum fundenda. Ps. xij.

Usquequo domine oblivisceris me in finem/ usquequo avertis faciem tuam a me.

Quam diu ponam consilia in anima mea dolorem in corde meo per diem.

Usquequo exaltabitur inimicus meus super me respice et exaudi me domine deus meus.

Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte / nequando dicat inimicus meus prevalui adversus eum.

Qui tribulant me exultabunt si motus fuero/ ego autem in misericordia tua speravi.

Exultavit cor meum in salutari tuo / cantabo domino qui bona tribuit mihi: et psallam nomini domini altissimi. Gloria. ¶ Confessio trine beatitudinis: et divini auxilij invocatio/ cum quis falso humano iudicio tractatur. Psalmus. xlij.

Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso erue me.

Quia tu es deus fortitudo mea quare me repulisti et quare tristis incedo dum affligit me inimicus

Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum/ et in tabernacula tua.

Et introibo ad altare dei / ad deum qui letifi-

cat iuuentutem meam.
Confitebor tibi in cithara deus deus me⁹: quare tristis es anima mea: ꝛ quare conturbas me.
Spera in deo quoniam adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.
Gloria patri. Sicut erat. ¶ De pio zelo/ et cũ quispiam tentatas sibi insidias sepe deuitauit/ ad deum actione gratiarum. Psalmus. cxxviij.
SEpe expugnauerunt me a iuuentute mea dicat nunc israel.
Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.
Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.
Dominus iustus concidet ceruices peccatorum confundantur et conuertãtur retrorsum omnes qui oderunt syon.
Fiãt sicut fenum tectorum: quod priusq̃ euellatur exaruit.
De quo non impleuit manum suam qui metet et sinum suum qui manipulos colliget.
Et non dixerunt qui preteribãt benedictio domini super vos/ benediximus vobis in nomine domini. Gloria patri. Sicut erat.
¶ De vera humilitate/ et non extollẽdo animo in dotibus et donis a deo susceptis. Ps. cxxx.

Ad completorium.

Domine nõ est exaltatum cor meum: neqȝ elati sunt oculi mei.
Neqȝ ambulaui in magnis / neqȝ in mirabilibus super me.
Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus est super matre sua / ita retributio in anima mea.
Speret israel in domino: ex hoc nunc et vsqȝ in seculũ. Gloria pa. Añ. Cũ iocunditate memoriam beate marie celebremus: vt ipsa pro nobis intercedat ad dñm iesum christum. Capitulum

SIcut cynamomum et balsamum aromatizãs odorem dedi / quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. Deo gratias. Hymnus

VIrgo singularis / inter oĩes mitis: nos culpis solutos mites fac et castos.
Vitam presta puram iter para tutum: vt videntes iesum / semper colletemur.
Sit laus deo patri / summo christo decus / spiritui sancto / trinus honor vnus. Amen. ℣. Elegit eam deus et preelegit eam. ℟. Et habitare facit eam in tabernaculo suo. Aña. Glorificamus te.
¶ Canticum symeonis. Luce. ij. capitulo.
¶ De suscepto saluatore mundi in templo: iusti Symeonis gratulatio / et pia gratiarum actio.

NUnc dimittis seruum tuū domine: secundum verbum tuum in pace.
Quia viderunt oculi mei: salutare tuum.
Quod parasti: ante faciem omnium populorū
Lumen ad reuelationem gentium: et gloriam plebis tue israel. Gloria pat. Añа. Glorificamus te dei genitrix: quia ex te natus est christus salua omnes qui te glorificant. Dñe exaudi orationē meā. Et clamor meus ad te veniat. Oro.
GRatiā tuā q̄s dñe mētibus nostris infunde: vt qui angelo nunciāte christi filij tui incarnationē cognouimus: per passionē eius et crucem / ad resurrectionis gloriā perducamur. Per christum. ¶ Ad cōpletoriū de sancta cruce.
HOra cōpletorij datur sepulture. Corpus christi nobile spes vite future. Conditur aromate cōplentur scripture. Iugi sit memoria mors hec mihi cure. Has horas canonicas cum deuotione Tibi christe recolo pia ratione. Ut sicut tu passus es penas in agone. Sic labori consonans consors sim corone. ℣. Adoramus te christe et benedicimus tibi. ℟. Quia per sanctā crucem tuam redemisti mundū. Oremus. Oratio.
DOmine iesu christe fili dei viui: pone passionem crucem et mortem tuam inter iudicium tuum / et animas nostras nūc et in hora

mortis nostre / et largiri digneris / viuis miseri cordiā ⁊ gratiam / defunctis requiem ⁊ veniam ecclesie tue sancte pacem et concordiam: ⁊ nobis peccatoribus vitam et gloriā sempiternā. Qui cū patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per oīa secula seculorū. Amē. Gloriosa passio dn̄i nostri iesu christi: eruat nos a dolore tristi: et perducat nos ad gaudia paradisi. Amē. Pater. Aue maꝛ. ¶ De compassione virginis marie.

Hora cōpletorij mater properaꝛ. Ut lugeret filiū vbi tumulaꝛ. Nec inde vult recedere / sed ibi moraꝛ. Usq; dū ad filiū tādem exaltatur Ergo mater miseris miserere nutis. Pro quibus ꝯpateris presso botro vitis. Nos a peste funeris: salua fuga ditis. Et nos iūge ceteris vita redimitis. ℣. Te laudamꝰ mater iesu xp̄i. ℟. Ut intēdas ⁊ defendas nos a morte tristi. Orō

Domine sctē iesu fili dulcis virginis marie / qui pro nobis mortem in cruce tolerasti: fac nobiscum misericordiā tuam: et da nobis et cunctis compassionē tue sanctissime matris deuote recolentibus eius amore vitā in presenti gratiosam: et tua pietate gloriam in futuro sempiternam. In qua viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Trenosa compassio dulcissime dei matris / per

ducat nos ad gaudia summi celi patris. Amen. Pat. Aue. ¶ Sequuntur suffragia beate marie.



Salue regina misericordie vita dulcedo et spes nostra salue Ad te clamamus exules filij eue. Ad te suspiramus gemẽtes et flentes in hac lachrymarũ valle. Eya ergo aduocata nostra: illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et iesum benedictũ fructũ ventris tui nobis post hoc exilium ostẽde O clemens. O pia. O dulcis maria. ℣. Virgo mater ecclesie eterna porta glorie: esto nobis refugium apud patrem et filiũ/o clemens. ℣. Virgo clemens virgo pia virgo dulcis o maria: exaudi preces omniũ/ad te pie clamãtiũ: o pia. ℣. Funde preces tuo nato/crucifixo vulnerato/ et pro nobis flagellato/ spinis puncto felle potato o dulcis. ℣. Gloriosa dei mater: cuius natus extat pater ora pro nobis omnibus/ qui tuam memoriam agimus: o maria. ℣. Dele culpas miserorum/ terge sordes peccatorũ dona nobis beatorũ vitam tuis precibus: o mitis. ℣. Ut nos soluet a pctis/pro amore sue matris: et ad regnum claritatis nos ducat rex pietatis. O clemẽs. O pia. O dulcis. O mitis maria salue. ℣. Aue maria gratia plena dñs tecũ. Benedicta tu in mu

lieribus et benedictus fructus vẽtris tui. Orõ.

O Mnĩpotẽs sempiterne deus: qui gloriose virginis et matris marie corpus et animã / vt dignum filij tui habitaculũ effici mereretur spiritu sancto cooperante mirabiliter preparasti / da vt cuius cõmemoratione letamur: eius intercessione ab instãtibus malis: et a morte ppetua liberemur. Per eundẽ christũ dominũ nostrum. Amen. Pater noster. Aue. ¶ The rygth reuerent father in god laurẽce byshop of asseueñ hathe graunthed. xl. dayes of perdon to all them that deuouthly sayes thys prayer in the worshyp of ower blessyd lady beynge penitẽce and trwly confessed of all ther synnes. Oratio.



G Aude virgo mater christi que per aurẽ concepisti / gabriele nũcio. Aue maria grã plena dñs te.

Gaude quia deo plena / peperisti sine pena cũ pudoris lilio. Aue mar.

Gaude quia tui nati quẽ videbas mortem pati: fulget resurrectio. Aue maria.

Gaude christo ascendente / et in celum te vidente / motu fertur proprio. Aue maria.

Gaude qꝫ post ipsum scandis / et est honor tibi grandis: in celi palatio. Aue maria.

Ubi fructus ventris tui / per te detur nobis

frui/in perenni gaudio. ℣. Benedicta es a filio tuo domina. ℟. Quia per te fructum vite communicauimus. Oremus. Oratio.

DEus qui beatissimam virginem mariã in conceptu ⁊ partu dilecti filij tui virginitate seruata duplici gaudio letificasti quiqꝫ eius gaudia eodem filio tuo a mortuis resurgente et ad celos ascendente multiplicasti/ presta quesumus: vt ad illud ineffabile gaudium quo assumpta tecum gaudet in celis/ eius meritis et intercessione valeamus peruenire. Qui viuis et regnas deus. Per om̃ia secula seculorum. Pater. Aue.

¶ A deuowte prayer of the vij. spũalle yoies of owre blessed lady showet vntho saynt thomas of cantorbery. Aue maria. Hymnus.

GAude flore virginali/ honoreqꝫ speciali/ transcendens splendiferum. Angelorum principatum ⁊ sanctorum decoratum: dignitate munerum. Aue maria gr̃a plena dñs tecum.

Gaude speciosa cara dei/ nam vt clara lux diei solis datur lumine. Sic tu facis orbem vere: tue pacis resplendere: lucis plenitudine. Aue maria

Gaude splendens vas virtutũ/ cuius pendens est ad nutũ: tota celi curia. Te benignã ⁊ felicẽ/ iesu dignã genitricẽ: veneratur in gloria. Aue.

Gaude nexu charitatis: ⁊ amplexu dignitatis

iuncta sic altissimo. Ut ad votum consequaris: quicqd virgo postularis: a iesu dulcissimo. Aue.
Gaude mater miserorum / quia pater seculorũ dabit te colentibus. Congruentem hic mercedẽ et felicem poli sedem: regnis in celestibus. Aue.
Gaude virgo mater christi / tu que sola meruisti: o virgo pijssima. Esse tante dignitatis / vt sis sancte trinitatis: sessione proxima. Aue.
Gaude virgo mater pura / certa manens et secura: qꝫ hec septem gaudia. Non cessabunt nec decrescent / sed durabunt et florescent: per eterna secula. añа. O sponsa sctã et humilis virgo pulcherrima maria mater dei virgo electa: esto mihi via recta / ad eterna gaudia / vbi pax est et gloria: et me semper aure pia: dulcis exaudi maria. ℣. Exaltata es sancta dei genitrix. ℟. Super choros celorum ad celestia regna. Oratio.
Dulcissime domine iesu christe fili dei viui qui beatissimam gloriosissimã humilem benignam / et pulcherrimã virginẽ mariã matrẽ tuã pijssimã: perpetuis et felicibus gaudijs tecũ in celo coronatã letificasti: concede propitius / vt eius meritis gloriosis et precibus continuis salutem et prosperitatẽ mentis et corporis cũ gaudio / alacritate et abundantia omniũ bonorũ spiritualiũ ⁊ corporalium consequamur

in hoc seculo pie iuste benigne viuamus/et post transitum huius seculi/ad gaudia eterna feliciter peruenire valeamus. Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorũ. Amē. Pater. Aue. Psalmꝰ.cxxix. in quo monet ad penitētiã.

De profundis clamaui ad te domine / domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.

Si iniquitates obseruaueris domine / domine quis sustinebit.

Quia apud te propiciatio est: et propter legem tuam sustinui te domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius / sperauit anima mea in domino.

A custodia matutina vsqȝ ad noctem / speret israel in domino.

Quia apud dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Requiem eternã dona eis dñe. Et lux perpetua luceat eis. A porta inferi. Erue dñe animas eorũ Credo videre bona dñi. In terra viuentium. Domine exaudi orationē meã. Et cla. Oratio

Absolue q̄s dn̄e aīas famulorū famularumq̧ tuarū ob omni vinculo delictorū vt in resurrectionis gloria inter sctōs tuos resuscitari respirent. Per. Et anime omniū fideliū defunctorū per miam iesu christi in pace requiescant. Amē. Pater. Aue. Credo. ¶ God haue marcy on all christien soules. Amen. God saue the kynge et brynge vs tho the blysse that neuer shall haue endynge. Amē. ¶ A deuowte prayer to owre blessyd lady and saynt Iohāne deuangeliste the whyche saynt saent edmunde archebyssope of cantorbery made and sayd daylye of the whyche be many myracles scho wedē. Orō.



O Intemerata et in eternū benedicta singularis et incōparabilis virgo dei genitrix maria: gratissimū dei templū spūs scti sacrariū ianua regni celorū/per quē post deū totus viuit orbis terrarū. Inclina mater mie aures tue pietatis indignis supplicationibus meis: ⁊ esto mihi miserrimo peccatori pia in oībus auxiliatrix. O iohānes beatissime christi familiaris ⁊ amice qui ab eodē dn̄o nostro iesu christo virgo es electus ⁊ inter ceteros magis dilectus: atq̧ mysteriis celestibus vltra omnes imbutus/ apostolus eius ⁊ euāgelista factus es

preclarissimus. Te etiã inuoco cũ maria matre eiusdem saluatoris nostri/ vt mihi opem tuã cũ ipsa conferre digneris. O due gẽme celestes: marie et iohãnes. O duo luminaria diuinitus ante deum lucẽtia: vestris radijs scelerũ meorũ effugate nubila. Vos enĩ estis illi duo in quibus deus pater per filiũ suũ spiritualiter edificauit sibi domum Et in quibus ipse filius dei ob sincerissime virginitatis meritũ dilectionis sue confirmauit priuilegiũ: in cruce pendẽs vni vestrũ ita dicens. Mulier: ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. In huius ergo tã sacratissimi amoris dulcedine qua tunc ore dñico velut mater et filius adinuicẽ coniũcti estis vobis duobus ego miserrimus pctõr commẽdo hodie corpus meũ et aĩam meã vt in oĩbus horis atque momentis interius et exterius firmi custodes et pij apud deũ intercessores mihi existere dignemini. Credo enĩ firmiter et indubitãter fateor/ quia velle vestrũ velle dei est: et nolle vestrũ nolle dei est. Unde quicqd ab illo petitis: sine mora obtinetis. Per hãc ergo tam potẽtissimã vestre dignitatis virtutẽ: poscite queso mihi corporis et anime salutẽ. Agite queso agite vestris sacris orationibus: vt cor meum inuisere et inhabitare dignet spũs almus gratiarũ largitor optimus:

qui me a cunctis vitiorũ sordibus expurget: vir tutibus sacris illustret et exornet: in dilectione dei ꝛ proximi perfecte stare et perseuerare me faciat. Et post huius vite cursum ad gaudia me ducat electorũ suorum benignissimus paraclytus. Qui cum patre et filio coeternus et consubstantialis cum eis et in eis viuit et regnat omnipotens deus in secula seculorum. Amen.

¶ Another deuowte prayer tho owre lady.

SAncta maria dei genitrix semperqꝫ virgo benedicta que a virgine et a dilecto iesu christi filij tui discipulo suscepta es in matrem Sancteqꝫ iohãnes apostole et euangelista sacer virgo qui ab eodem magistro tuo christo matri virgini cõmissus es in filiũ: precor vos per pyissimum redẽptorẽ nostrũ cui virgines sctẽ in hac vita placere meruistis: vt spiritũ fornicationis a me procul elongetis et ardorẽ libidinis in me prorsus orãdo extinguatis: meqꝫ in vestra clientela suscipiẽtes pudice et sancte viuere doceatis quatenns in his castitatis floribus venustatus ad pristinũ virginitatis redeã meritũ: et ab omni immũda sorde purgatus: in cõspectu dñi nostri iesu christi merear apparere cũ iustitia: et satiari cũ apparuerit eius gloria. Qui cũ patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omĩa.

¶ Tho all thē that be in the state of grace that dayly sayes deuoutely thys prayer before owre blessyd lady of pytie she wolle showe them hyr blessyd vysage and warne thē the daye and the owre of dethe ād at there laste ende angelles of god shall yelde there sowles to heuē ād he shall obtayne. v. hōdreth ād so many leuttys of par don grauted by. v. holy fathers [redacted] of Rōe.

O Bsecro te dn̄a sctā maria mater dei pieta te plenissima: sūmi regis filia mater glo= riosissima mater orphanorū consolatio desola= torū via errantiū salus et spes in te sperantium virgo ante partū / virgo in partu: et virgo post partū. Fons mie: fons salutis & gratie: fons pie tatis et letitie / fons consolationis et indulgētie Per illā sanctā inestimabilē letitiā qua exulta= uit filius tuus in illa hora quādo tibi per gabrie lem archangelū annūciatus et cōceptus fuit fi= lius dei: et per illud diuinū mysteriū qd̄ tūc ope ratus est spūs sctūs in te. Et per illā sanctā ine= stimabilē pietatē gratiā miam amorē et humi= litatē per quas filiꝰ dei descēdit accipere huma nam carnē in venerabilissimo vtero tuo / et in quibus te respexit quādo te cōmendauit sctō io hanni aplo et euāgeliste. Et quādo te exaltauit super choros angelorū. Et per illā sanctā inesti=

nabilē humilitatē in qua tu respōdisti archan=
gelo gabrieli. Ecce ancilla dñi: fiat mihi secūdū
verbū tuū. Et p illa sctissima quindeci gaudia
que habuisti de filio tuo dño nostro iesu christo: ⁊
per illā sanctā maximā ꝯpassionē ⁊ acerbissimū
cordis dolorē quē habuisti quādo dñm nostrū ie
sum christū filiū tuū ante crucē nudatū ⁊ in ipsa
leuatū vidisti pendentē crucifixū vulneratū: si=
tientē/ fel apponi/ clamantē audisti/ et morien=
tem vidisti. Et per quinqꝫ vulnera filij tui: ⁊ per
contractionē viscerū suorū pre nimio dolore vul
nerum suorū. Et per dolorē quem habuisti quā
do vidisti eum vulnerari. Et per fontes sangui
nis sui/ ⁊ per oēm passionē eius: ⁊ per amarissi=
mā mortē eius/ et per omnē dolorem cordis tui.
Et per fontes lachrymarū tuarū vt cū omibus
sctis et electis dei venias ⁊ festines in auxiliū et
cōsiliū meū: in oībus orōnibus ⁊ requestis meis
⁊ in oībus angustijs ⁊ necessitatibꝰ meis. Et in
oībus rebus in quibus ego sum facturus locutu
rus aut cogitaturus oībus diebus ac noctibꝰ ho
ris atqꝫ momētis vite mee. Et mihi famulo tuo
impetres a dilecto filio tuo cōplementū vite cū
omi mīa et ꝯsolatione: omi bñdictione ⁊ sctifica
tione omi saluatione pace ⁊ ꝓsperitate omi gau
dio et alacritate. Etiā abundantiā oīm bonorū

spiritualiū et corporaliū:et gratiam spūs sancti qui me bene per omnia disponat animā meā custodiat:corpus meū regat:sensus erigat:cursum dirigat / mores cōponat / actus probet / vota et desideria mea perficiat / cogitationes sctās instituat:pterita mala indulgeat:presentia emendet et futura moderetur. Uitā honestā et honorabilē mihi tribuat / & victoriā contra oēs aduersitates huius mundi:beatā pacē spiritualē & corporalē mihi tribuat:bonā spem / charitatem fidem / castitatem / humilitatē et patientiā. Et quinqꝫ sensus corporis mei regat et ptegat. Septem opera misericordie ꝯplere me faciat. Duodecim articulos fidei decemqꝫ precepta legis firmiter credere et tenere me faciat / a septē peccatis mortalibus me liberet et defendat vsqꝫ in finem vite mee:et in nouissimis diebus meis ostēde mihi faciē tuā / & annūcies mihi diē et horam obitus mei. Et hanc orationem meam supplicē suscipias et exaudias et vitā eternam mihi tribuas. Audi et exaudi me dulcissima maria mater dei / et misericordie. Amen. ❡ A speciall deuowte prayer tho owre blessyd lady. Oratio.

SAncta maria regina celi et terre mater dñi nostri iesu christi in sanctas & venerabiles manus eiusdem filij tui saluatoris nostri &

redēptoris mundi: sctō corpori et sanguini eius: ꝛ in tuas manus: omniū sanctoꝝ angelorū/ archangelorū/ patriarcharū/ prophetarū/ apostolorū/ euangelistarū/ martyrū/ doctorū/ cōfessorum atqꝫ virginū: et omniū sanctorū commēdo hodie et quotidie/ et in omni tēpore aīam meā/ corpus meum/ sensum meū/ labia mea: manus meas/ pedes meos/ oculos meos/ et oīa mēbra mea/ oīes parētes meos/ fratres/ sorores: amicos: inimicos: familiares: ꝓpinquos: parrochianos: benefactores meos: ꝛ omnē populū christianum. Custodi nos dn̄e semper et vbiqꝫ: et defende ab ira tua: et ab ira sanctissime genitricis tue marie: et omniū sanctorū tuorū ab ira et odio et omni mala volūtate a fulgure tonitruo et tēpestate: a subitanea ꝛ eterna morte: a fame: peste: et clade ab omni scandalo dolore verecundia et tristitia ab oībus malis: ab omni tribulatione ꝛ angustia/ a lingua dolosa/ a laqueis iniquis/ a labijs peruersis: a b oībus inimicis meis visibilibus et inuisibilibus: et ab insidijs et potestate eorū ab omni periculo aīe et corporis a vitijs et peccatis/ a cōcupiscentijs/ a tēptationibus dyaboli/ a penis inferni libera me dn̄e iesu christe: ꝛ adiuua me in oībus necessitatibus meis / dona mihi sanitatē in corpore: dona mihi recte agere:

et in hoc seculo bene viuere et bene perseuerare
dona mihi per intercessionem scte dei genitricis
tue et omnium sctorum tuorum: rectam vitam et emen=
dationem/et spacium penitentiam agendi in hoc secu
lo/et eternam beatitudinem in futuro: et in hora exi
tus mei sacrosanctum corpus et sanguinem tuum ad
remissionem omnium peccatorum meorum recipere et il
luminare cor meum de spiritu scto: et fac me in tua
gratia viuere semper/et per omnia tuis obedire
mandatis: et a te nunquam permittas separari: sed
ad requiem sempiternam peruenire et salua me dne
vigilantem: custodi me dormientem vt dormiam in
pace/et vigilem in te deus meus cui honor et glo=
ria in scla sclorum. ¶ A deuoute prayer for to saye
to owre blessyd lady agenste the pestilence. Oro.

STella celi extirpauit: que lactauit dnm.
Mortis pestem quam plantauit primus pa=
rens hominum. Ipsa stella nunc dignetur sydera
compescere. Quorum bella plebem cedunt/dire mor=
tis vlcere. O gloriosa stella maris/a peste suc=
curre nobis. Audi nos nam filius nichil negans
te honorat. Salua nos iesu pro quibus virgo ma
ter te orat. V. Ora pro nobis scta dei genitrix.
R. Ut digni efficiamur promissionibus xpi. Oro.

DEus misericordie/deus pietatis/deus in
dulgentie qui misertus es super afflictio

neni populi: & dixisti angelo percutienti populū tuū: sufficit nunc cōtinue manū tuā: ob amorem illius stelle gloriose cuius vbera preciosa contra venenū delictorū nostrorū quod dulciter suxisti presta auxiliū gratie tue / vt ab omni peste & improuisa morte secure liberemur: & a totius perditionis incursu saluemur. Per te iesu christe saluator mūdi rex glorie. Qui cum patre et spū sctō.

¶ Thys prayer showid owre ladye to a deuowte parson sayinge that thys goldē prayer is the moste swetest and acceptableste to me ād in hyr apyinge she had this salutation ād prayer wrytton wyth letteres of golde in her breste. Oratio

AUe rosa sine spinis / tu quā pater in diuinis / maiestate sublimauit & ab omni ve purgauit. Maria stella dicta maris: tuo nato illustraris: luce clara deitatis qua prefulges cuntis datis. Gratia plena te perfecit: spūs sanctus dum te fecit: vas diuine bonitatis: et totius pietatis. Dn̄s tecum miro pacto: verbo vite carne facto: opere trini conditoris o quam dulce vas amoris. Bn̄dicta tu in mulieribus: hoc testatur omnis tribus: celi cantur te beatā: super omnes exaltatam. Et benedictus fructus vētris tui: quo nos dona semp frui: per pregustū hic in terra / et post mortē in eternū. Hūc virgo salutis censum

tue laudis gratum pensum. Corde tuo sinu pia clemens sume o maria. Amen. Pater no. Aue.

Who that sayth devoutely thys shorte prayer daeyly shalle not departe owte of thys worlde wythowte penāce and mynystration of the holy sacrament the wyche was showede by an angelle on tho sayent bernarde. Oratio.

Aue maria ancilla sancte trinitatis. Aue maria sponsa spūs sctī. Aue maria mater dñi nostri iesu christi. Aue maria soror angelorū. Aue maria promissio prophetaꝝ. Aue maria regina patriarcharū. Aue maria doctrix apostolorū. Aue maria ꝯfortatrix martyrū. Aue maria fons et pulchritudo confessorū. Aue maria decus et corona virginū. Aue maria salus ⁊ consolatrix viuorū ⁊ mortuorū. Mecū sis in omnibus tēptationibus / tribulationibus / necessitatibus / angustijs et infirmitatibus meis. Et impetra mihi veniā omniū delictorū meorū / et maxime in hora exitus mei nō delis mihi o pijssima virgo maria. Amen. Pater noster. Aue.

Owre holy father bonifactus [redacted] of roume hathe grāuted vnto all them that saye devoutly thys praers. C. dayes of pardon. Oratio.

Aue maria alta stirps lilij castitatꝫ. Aue profunda viola vallis humilitatis. Aue

lata rosa campi diuine charitatis. Aue abyssa=
lis fons oīs gratie et mīe celi ros fructifer om̄is
diuine suauitatis ⁊ deuotionis. Amē. Pr̄. Aue.
¶ How the holy father Sixtus the. iiij. [redacted] ha=
the graunted tho all them that deuoutly sayes
thys prayer be fore the Image of our lady in
the sonne. xi. thousande yeres of pardon. Orō.

AUe sanctissima maria mater dei regina
celi porta paradisi: dn̄a mūdi / tu es sin=
gularis virgo pura: tu cōcepisti iesum sine pctō
peperisti creatorem ⁊ saluatorē mūdi in quo nō
dubito. Ora pro me iesum dilectū filiū tuū: ⁊ li=
bera me ab oīb⁹ malis. Amē. Pr̄. Aue. ¶ Ano=
ther deuoute prayer to our blessyd lady. Orō

O Domina gl̄ie / o regina letitie / o fons pie
tatis / o vena mīe / o sanctitatis libertas:
o iocunditatis amenitas / o splendor celi / o dul=
cedo paradisi: o domina angelorū: o sanctorū le
titia / o virginū gēma: o felix et beata dn̄a mea
virgo maria / tibi hodie cōmendo totū corpus ⁊
animā meam: et totā vitam meā quinqꝫ sensus
corporis mei: oīa facta mea: mortē meam cū sis
benedicta in eternū et vltra: cū filio tuo dn̄o no
stro iesu christo. Qui cū patre et spū sctō viuit ⁊
regnat in scl̄a sclorū. Pat. Aue. ¶ A deuowte
prayer of the. vij. sorowes of owre blessed ladye.



Aue dulcis mater christi que dolebas corde tristi: te docente symeone: de dire mortis mucrone sis memor huius doloris nūc & in omnibus horis: fac me pie memorari penam mortis tui chari. Aue maria.

Aue dulcis mater christi: que in egyptū fugisti: flēs ibi notis carebas/et labore tabescebas: nūc queso sis exilij: tui memor ac filij: da te mihi & filium tuum post hoc exilium. Aue maria.

Aue dulcis mater christi/que dolebas corde tristi natū requirens inclytum/tribus diebus perditum pro hac tua mestitia fac me in eius gratia inuētū per te pleniter: perseuerare iugiter. Aue

Aue dulcis mater christi/que dolēs et flens vidisti: captū vinctū dire cesum: plenū probris dulcem iesum: huius memor tristitie mater mie/a demonis insidijs serua me & ab opprobrijs. Aue

Aue dulcis mater christi: que dolēs & flēs vidisti: cruci nexum speciosum: iesum factū ceu leprosum: per dolorē hūc tā fortē & per nati tui mortē in hora mort; vltima assis mihi charissima. aue

Aue dulcis mater christi que de cruce suscepisti: iesum iam mortuum piorum plena fletuum me vlnis tue clementie/foueto mater gratie cū omnibus fidelibus solamina poscētibus. Aue ma.

Aue que post mortem christi: dolendo sepe vidi sti: cũcta loca martyrij: eius plena suspirij ob penas quas susceperas: ista loca cũ videras. Da sic post trãsitoria: mihi locũ in gloria. In honore nunc tantorũ ceterorũq̧ dolorũ quos pro nato corde tristi virgo vnq̄ pertulisti/ meã tibi miseram cõmittens serua animã: semperq̧ sis doloribus/ dulcis adiutrix omnibus. O clemens. O pia. O dulcis virgo maria. Pater no. Aue.

¶ A nother deuowte prayer of the grethe sorowe that owre lady had whã owre lorde iesu cryste was deed on the crosse. Oratio.

MEmẽto obsecro dulcissima mater et dñã illius venerãde stationis qua tuo tã beato filio astitisti in cruce pendẽti ⁊ reduc queso ad memoriã cogitationes cordis tui et innocentis anime tue angustias quas tunc habuisti quãdo ille vnigenitus tuus immolat⁹ est in oculis tuis et recogita q̄ oĩa pro pctõribus tolerare voluit: quorũ vnus ego sum/ ipse enĩ morte sua meruit/ vt essem frater suus. Ergo ne dedigneris pijssima mater quin et ego sim filius tuus: ad te hodie o vnica spes miserorum confugio plenus fiducia/ tibi meipsum ⁊ omnes necessitates meas/ et fideles tuos mihi commissos deuote recommitto. Te hodie matrem et matronam pre

oībus eligo et preopto. Noli ergo piissima ma=
ter spernere me miserū peccatorē propter pecca
ta mea nimia: ⁊ noli me abiicere a mīa tua pro=
pter eū qui amore mei nudus et dilaceratus pe=
pēdit in cruce ante te / sed respicere me digneris
tua dulcissima gratia sicut te cū iohāne respexit
iesus filius tuus dn̄s et redēptor noster / qui est
in secula benedictus. Pater. Aue. ¶ Celestinus
the [redacted] hathe graūted to all thē that deuow=
tly sayes thys prayer in the honour et worshyp
of owre blessed lady shall haue .iij. hōdreth da=
yes of pardon. Pater noster. Aue mar. Oratio.

AUe mūdi spes maria / aue mitis aue pia
aue plena gratia om̄is boni copia. Aue
virgo mater christi: tu que sola meruisti: esse ma
ter sine viro / et lactare more miro. Angelorum
imperatrix / peccatorum consolatrix: consolare
me lugentē: in peccatis iam fetentem. Consola
re peccatorem: ne tuū deshonorem: alieno aut
crudeli: precor te regina celi. Me habeto excusa
tum / apud christū tuū natū: cuius iram expaue
sco: et furorē pertimesco: nā peccaui sibi soli. O
maria virgo noli esse mihi aliena: gratia celesti
plena. Esto custos cordis mei: signa me timore
dei. Confer vite sanitatē: et da morum honesta=
tem. Da pctā me vitare ⁊ quod iustū est amare.

O dulcedo virginalis / nunq̄ fuit nec est talis.
In ter natos mulierū / omniū creator rerū. Te
elegit genitricē / qui mariā peccatricē. Emūda
uit a reatu: ipse me tuo precatu. A peccatis cun=
ctis tergat / ne infernus me demergat. Eya ro=
sa sine spina: peccatorū medicina. Pro me chri=
stum interpella: vt me saluet a procella. Huius
mundi tam immundi: cuius fluctus furebundi.
Omni parte me impingūt et peccati zona strin
gūt. Christe fili summi patris: per amorem tue
matris. Cuius venter te portauit: et te dulci la=
cte pauit. Te per ipsam rogo supplex. Salus re
rum mundanarū: atq̄ salus animarū. Te nūc
precor licet reus: miserere mei de⁹. Miserere chri
ste mei: miserere fili dei. Miserere miserator: q̄a
vere sum peccator. Tu peccata dele mea: et cor
mundū in me crea. Da spem firmā: fidē rectam
charitatēq̄ perfectā. Et cōcede finē bonū: quod
est super omne donū. Ut in corde sic cōpungar:
tibi christe qd̄ coniūgar. Fac me digne mādůca
re / corpus tuū salutare. Ira tua nō me grauet
sanguis tuus sic me lauet / extra corpus et in cor
de / e peccatis et a sorde. Ut dū instat hora mor=
tis: angelus tūc astet fortis. A te datus mihi cu
stos: q̄ me locet inter iustos. Mors si carnē meā
frangat: mors secunda nō me tāgat. Licet caro

computrescat:spiritus in te requiescat Ut dum
surgã te visurus/semper tecum sim mansurus/
a te nunq̃ recessurus per infinita sc̃la. Audi nos
nã te filius nihil negans honorat. Salua nos
iesu/pro quibus virgo mater te orat. Amẽ. Pa
ter noster. Aue ma. ¶ Our holy father the [redacted]
sixtus hath grãuted at the. Instance of the hy-
ghe moost/et excellent prynces elyzabet late.
Quene of englonde and wyfe to owre souueray-
ne lorde kynge harey the seuenth god haue mar
cy no her swete soull and all crysten soulls and
that euery day in the mornynge after. iij. tollyn
ges of the aue bell saye. iij. thymes the hole sa-
lutatyon of owre lady **Aue maria.** that is tho
saye att. vj. of the klocke in the mornynge. iij.
Aue maria. and at. xij. of the klocke at none. iij.
Aue maria. and at. vj. of the klocke at euen for
euery tyme so doynge is graunted of the spyry-
tall tresour of holy churche. iij. hondreth dayes
of pardon totiens quotiens. And also our holy
fader the archebysshope of cãtorbery and of hy
orke wyth other. ix. bysshopes of thys reãe ha-
ue graunted. iij. tymes in the daye. xl. dayes of
pardon tho all them that be in the state of gra-
ce able to receue pardon the wyche begonne at
the. xxvj. daye of marche. Anno. M. cccc. xcij.

anno Hērici septimi. vij. And the summe of the indulgence and pardon for euery. Aue ma. viij. hondred days ād. lx. totiens quotiēs. Thys prayer shall be sayd at the tollynge of the aue bell.



SUscipe verbū virgo maria / quod tibi a domino per angelum transmissum est. Aue maria gratia plena dominus tecum / benedicta tu in mulieribus / et benedictus fructus ventris tui iesus christus. Amē ¶ Saye this. iij. tymes et afterwarde saye the collet folowinge. V. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem Rm. Propterea vnxit te deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis. Oremus. Oratio.

DEus qui de beate marie virginis vtero verbum tuum angelo annunciante carnem suscipere voluisti / presta supplicibus tuis / vt qui vere eam dei genitricem credimus / eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per christum dominum nostrum. Amen. Pater noster. Aue maria. ¶ Saye thys prayer deuowtely at the tollynge of the aue bell at none for a memory and remembraunce of the passion and the dethe of christe. Responsorium.



TEnebre facte sunt dũ crucifixissent iesum iudei/ et circa horã nonã exclamauit iesus voce magna hely hely lama zabathani/hoc est. Deus meus deus meus/ vt qd me dereliquisti. Et iclinato capite emisit spiritũ. Tũc vnus ex militibus lãcea latus eius perforauit: et continuo exiuit sanguis et aqua. Vs. Et velũ tẽpli scissum est a summo vsq deorsum/et omnis terra tremuit. Et inclinato capite emisit spiritum. V. Proprio filio suo non pepercit deus. R. Sed pro nobis omnibus tradidit illum. Oratio.

DOmine iesu christe fili dei viui: qui pro salute mũdi in cruce felle et aceto potatus es: sicut tu cõsummatis oĩbus in cruce expirans in manus patris cõmendasti spiritũ tuũ / sic in hora mortis mee in manus tue pietatis cõmendo animã meã/ vt eã in pace suscipias/et in electorũ tuorum choris aggregari precipias. Qui cum patre. Pater noster. Aue. ¶ A generall et deuowte prayer for the good estate of owre moder the charche mylytãte here in erth. Oratio.

OMnipotẽs et misericors deus rex celi et terre tuã clemẽtiã suppliciter deposco: vt per

interuentum et meritum gloriose dei genitricis semper virginis/et omniū sanctorum angelorum patriarcharū/prophetarū/apostolorū: martyrum/confessorū:monachorū: virginū: viduarū et omnium supernorū ciuiū:dn̄m apostolorū/ et omnē gradū ecclesiasticū/episcopū nostrum:reges et principes nostros/famulos et famulas tuas atq; locum istū vna cum vniuersa ecclesia catholica in omni sanctitate et pace custodias/ omnesq; consanguinitate affinitate/familiaritate/cōmissione/et elemosynarū largitione nobis iunctos/ et omnes christianos/ a vitijs et a peccatis emundes virtutibus illustres pacē et salutem mentis et corporis nobis tribuas:hostes visibiles et inuisibiles a nobis remoueas/aeris temperiē indulgeas:fruges terre concedas: carnalia desideria repellas/ infirmis nostris sanitatem restituas/lapsis reparationē/nauigantibus atq; itinerantibus fidelibus iter prosperū/ et salutis portum: tribulatis gaudiū/oppressis relationē/ captiuis liberationē salutarē ꝯcedas inimicis nostris ac discordantibus et nobis veram charitatē largiaris/ rectoribus nostris pacem tribuas: errantes corrigas incredulos conuertas:ecclesie tue sancte fidem augeas/ symoniacam heresim: et om̄es hereses et scismata in

ecclesia tua catholica destruas: et omnibus fidelibus viuis et defunctis in terra viuentium/ vitam eternam pariter ⁊ requiem concedas. Per christum dominum nostrum. Amen. Pater noster. Aue maria. ¶ Thys prayer was showed to saynt bernarde by the messãger of god saynge that as golde ys moste precyous of all other metel sho exsedeth thys prayer a boue all other prayers and ho that heuer saye hyt deuowtely shall haue a singularc rewarde of owre blessyd lady et of hyr swete soune Jesus. Oratio.

in medio populi sui: vt eriperet nos de manu omnium innimicorũ nostrorũ dñs oῗs nocuit eis & tradidit eos in manus nostras et confudit eos/ hymnũ igitur cantem⁹ dño nostro adonay: dñe deus magnus es tu & preclarus in virtute: & quẽ superare nemo potest: tibi seruit om̃is creatura quia dixisti et facta sunt/ misisti spiritũ tuum et creata sunt: et non est qui resistat voci tue. Montes a fundamẽtis mouebũtur cum aquis: petre sicut cera liquescẽt ante faciẽ tuã: qui autẽ timẽt te magnum apud te per omnia/ vt genti insurgenti super seruos tuos dñs enim oῗs vindicabit in eis: & in die iudicij visitauit illos: dabit eni ignẽ et vermes in carnes eorũ vt vrantur & sentiãt vsq; in eternũ. ¶ Thys prayer ys for them that haue siknes or aduersite to thanke god ãd tho pray all the dayes of theyr lyfe to make satisfaction for theyr synnes. Pater noster. Aue.

¶ Oratio sancti Job in tẽpore sue probationis

Parce mihi dñe/ nihil enim sunt dies mei. Usq;quo nõ parcis mihi. Peccaui. Quid faciã tibi o custos hoim? Cur non tollis peccatũ meum: et quare nõ aufers iniquitatẽ meã? Ecce nũc in puluere dormio deus meus noli me cõdemnare. Memẽto queso q̄ sicut lutũ feceris me et in puluerẽ reduces me. Et sicut vitã et miseri

cordiam tribuisti mihi/ita visitatio tua custodi
uit spiritũ meũ. Et quantas habeo iniquitates
et peccata: scelera mea atq3 delicta ostende mi=
hi. Cur faciẽ tuã abscõdis/et arbitraris me ini=
micũ tuũ: Contra foliũ quod vẽto rapitur ostẽ=
dis potentiã tuã/ et stipulã siccam persequeris.
Scribis eni contra me amaritudines et consu=
mere me vis peccatis adolescentie mee. Libera
me dñe et pone me iuxta te:et cuiusuis man⁹ pu
gnet contra me. Et dimitte me vt plangã pau=
lulum dolorẽ meũ anteꝙ vadã ad terrã tenebro
sam/et opertã mortis caligine. Quia si occide=
ris me sperabo in te / et donec deficeã nõ recedã
de te/et viam tuã quã cepi tenere non deserã/et
nunc operi manuũ tuarũ porriges dexterã/ sed
parce pctis meis. ¶This prayer is for thẽ that
wyll prayse god bothe of his goodnes: and also
of hys ryght wysnesse and for to aske tymes of
repẽtaunce. Pr. Aue. ¶Oratio regis salomõis
O ꝙ bonus et suauis est dñe spũs tuus in no
bis. Miserere omniũ quia oĩa potes qui
dissimulas peccata hominũ propter penitentiã
diligis eni omnia que sunt/ & nihil odisti eorum
que fecisti/parcis autẽ oĩbus:quoniã tua sunt
domine / qui amas animas/ et eas que exeunt
a partibus corporis et de quibus peccant admo=

nes et alloqueris vt relicta malitia credant / et permaneāt in te dñe. Obstinatos odiens exhor-tuisti / penitentibus tanq̄ hominibus pepercisti partibus iudicās das locū penitentie / non ignorans infirmitatē carnis nostre. Et eni si peccauerimus tui sumus scientes magnitudinē tuā. Et si non peccauerimus: scimus quoniā apud te sumus computati. Tu autē dñe deus noster suauis ac verus es: patiens et in misericordia disponens omnia et ob hoc q̄ oīm deus es oībus parcere facis: tui cura est de nobis omnibus: virtutē magnitudinis tue super nos ostende: tu qui non crederis in virtute esse cōsummatus. Tu qui vite et mortis habes potestatē: et deducis ad portas mortis et reducis. Tu aūt dominator virtutum qui cū tranquillitate iudicas: qui cum magna reuerētia disponas nos. Subest eni tibi cū volueris posse facere nos filios tuos esse. Etiā tu qui iudicas da nobis locū penitētie. Et in hoc ostēdes inimicis nr̄is: quia tu es qui liberas nos et magnificas pp̄lm tuū: et honorasti et non despexisti pp̄lm tuū: in omni tēpore et in oīni loco assistēs eis. Amē. ¶ Alia or̄o ad beatā virginē.

O Illustrissima et excelētissima gl'iosa semper virgo maria mater dn̄i nr̄i iesu christi dn̄a mea regina et dn̄a toti⁹ creature que nullū

derelinquis nullū despicis: nullū desolatū dimit
tis qui ad te bono et puro corde humiliter et de=
uote recurrat noli me despicere propter prauissi
ma pctā mea / noli me derelinquere ppter innu
merabiles iniquitates meas nec etiā ppter du=
ritiā et immūditiā cordis mei abijcias me a con
spectu grē tue et amoris: sed ppter maximā miaꝫ
et dulcissimā pietatē exaudi me in tua mia fir=
miter cōfidentē / et succurre mihi sctissima et glo
riosissima virgo maria in oībus tribulationibꝰ
angustijs et necessitatibus meis: et etiā in cūctis
operibus da mihi cōsiliū et auxiliū et erue me de
oībus inimicis meis visibilibus et inuisibilibus
da mihi virtutē et fortitudinē cōtra tentatiōes
et machinationes mūdi carnis et dyaboli: impe
tra mihi ab omīpotēti dño nostro iesu christo in
dulgentiā oīm pctōrū meorū et emēdationē vi
te: augmentū virtutū / gratiā timoris et amoris
sui / sanctitatē et castitatē mētis et corporis: in=
tellectū et memoriā sue legis et volūtatis et libe
rationē ab oībus malis. Et in extremis diebus
meis esto mihi auxiliatrix et saluatrix / et aīam
meā et aīam patris mei et matris mee / fratrū /
sororū / parentū / amicorꝫ / benefactorū meorū: et
oīm fideliū viuorū ac defunctorꝫ ab eterne mor=
tis caligine libera. Ipso auxiliāte quē portasti

dño nostro iesu christo filio tuo. Qui cũ patre et spiritu sctõ viuit et regnat deus. Per oĩa secula sclo℞. ¶ Oratio ad imaginẽ corporis christi.

Conditor celi et terre rex regũ ⁊ dñs dominãtiũ: q̄ me de nihilo fecisti ad imaginẽ et similitudinẽ tuã: et me de ꝓprio tuo sanguine redemisti. Quẽ ego peccator nõ sum dign⁹ noiare nec inuocare / nec corde cogitare. Te suppliciter deprecor ⁊ humiliter exoro vt clemẽter respicias me seruũ tuũ nequã Et miserere mei q̄ misertus fuisti mulieri chananee: marie magdalene q̄ pepercisti publicano ⁊ latroni in cruce pendẽti. Tibi ꝯfiteor pater pijssime pctã mea que si volo abscondere nõ possum tibi dñe. Parce mihi xp̄e: q̄a ego paup multũ offendi te in sꝑbia auaricia gula: luxuria: in vana gl̃ia: in odio: in accidia: in adulterijs: in furto: in mẽdacio: in blasphemia: in ioco: in gustu: in tactu: cogitãdo: loquẽdo: operãdo: ⁊ in oib⁹ modis in quib⁹ ego fragilis homo ⁊ pctõr peccare potui mea culpa: mea maxia culpa. Ideo deprecor tuã clementiã que de celo pro mea salute descẽdit: qui dauid a pcti lapsu erexisti. Parce mihi dñe: parce mihi christe q̄ petro te negãti pepercisti. Tu es creator me⁹ et adiutor meus ⁊ redẽptor meus: gubernator meus ⁊ pater meus / dñs meus: deus meus et rex me⁹. Tu

es spes mea fiducia mea/ gubernatio mea/ auxiliatio mea/cõsolatio mea & fortitudo mea/ defensio mea et liberatio mea/ vita mea/ sal⁹ mea et resurrectio mea. Tu es firmamentũ meum & refugiũ meũ/ lumẽ et desideriũ meũ/ adiutoriũ meũ et patrociniũ meũ. Te deprecor et rogo adiuua me et saluus ero: guberna me & defende me conforta me/ consola me/ cõfirma me et letifica me: illumina me & visita me: suscita me mortuũ quia factura & opus tuum sum dñe ne despicias Famulus & seruus tuus sum q̃uis malus: q̃uis indignus & peccator. Sed qualiscũq; siue sim bonus siue malus: semper tuus sum. Ad quem ergo fugiã nisi ad te vadam. Si tu me eijcis quis me recipiet. Si tu me despicis: quis me aspiciet. Et recognosce me indignũ ad te refugiẽtẽ q̃uis sim vilis et immũdus: quia si vilis et immũdus sum potes me mũdare. Si cecus sum: potes me illũinare. Si infirm⁹ sum potes me sanare. Si mortu⁹ & sepultus sum: potes me resuscitare: q̃a maior est pietas tua q̃ ĩpietas mea. Plus potes dimittere q̃ ego ꝯmittere: & plus parcere q̃ ego pctõr peccare. Nõ ergo respicias dñe neq; attẽdas multitudinẽ iniq̃tatũ meaꝝ: sed scdm multitudinẽ miserationũ tuaꝝ miserere mei & ppiti⁹ esto mihi miserrimo pctõri. Dic aĩe mee sal⁹ tua

ego sum qui dixisti. Nolo mortē pctōris/ sed vt magis viuat et cōuertat. Cōuertere me dn̄e ad te:et noli irasci cōtra me. Deprecor te clemētissime pater propter miam tuā supplico & exoro:vt perducas me ad bonū finē:ad verā penitētiā:puram cōfessionē & dignā satisfactionē oim pctōꝝ meorū. Amē. ¶ This prayer ys for thē that be laboured with sondry vyces:and namely with the synne of lechery:ād desyre grace to withstāde thē. Pater. Aue. ¶ Oratio Jesu filij syrac.

DOmine pater et dn̄ator vite mee ne derelinquas me in cogitatu et in consilio inimicorū nec sinas me cadere in vllā exprobrationē:nec dn̄e adincrescāt ignorātie mee:et multiplicent delicta mea et pctā mea abundēt et incidāt in cōspectu aduersariorū meorū:et gaudeāt oēs inimici mei. Sed tu dn̄e pater et deus vite mee ne derelinquas me in cogitatu illorū: extollentiā oculorū & omne desideriū prauū auerte a me. Aufer a me vētris cōcupiscētias et concubitus cōcupiscētie ne apprehēdant me et aīo irreuerēti et infrenato ne tradas me:diuitias & paupertates ne dederis mihi ne forte satiatꝰ euomā illas: vel necessitate cōpulsus periurē nomē dei mei:cui sit honor & gratiarū actio in scla sclōꝝ. Amē. ¶ This prayer is for thē that be malyci-

ousely accused: et in great danger & dysease/ yet lete them euer hope et trust in god to be deliuere de as. Susade the true wyfe was by thys prayer. Pater noster. Aue. ¶ Orō Susanne. xiij.

Deus eterne qui abscōditorū cognitor es: qui nouisti om̄ia anteq̄ fiant: tu scis/ q̄m falsum ꝯtra me tulerūt testimoniū. En dn̄e morior cū nihil horū fecerim q̄ isti maliciose ꝯposuerunt aduersum me. Sed nunc tu dn̄e deus adiuua me in hac hora/ vt benedicā te deū viuū: qui saluas sperātes in te: & nūc queso si nō tollis hoc opprobriū et hāc angustiā tolle aīam meā a me quia melior est mihi mors q̄ vita si tibi placeat deus meus. Amē. Paf. Aue. ¶ Thys prayer is for thē that stande in dysease and dystresse vnlikly to be delyueret: et yet let thē trust to be delyuered and to come out of theyr perilet Jebardi as ionas that was caste in to the depnes of the see. ād trustede yet in the great goodnes of god to besauede and tho prayse hym ther fore in hys temple: and so yt was Jone. j. Pater. Au. Orō ione prophete in vētre ceti et in p̄fundo maris.

Clamaui de tribulatione mea ad dn̄m et exaudiuit me de ventre inferi clamaui et exaudisti vocē meā/ piecisti me in p̄fundū in corde maris/ & flumē circūdedit me. Oēs gurgites

tui et fluctus tui super me trāsierūt: et ego dixi/ abiect⁹ sum a ꝯspectu oculoꝝ tuoꝝ. Uerūtamē rursus videbo tēplū sanctū tuū ꝛ sublevabis de corruptione vitā meā: dn̄e deus cū angustiaret in me aīa mea dn̄e recordat⁹ sum et speravi in te vt veniat ad te oro mea ad templū sanctū tuū. Ego aūt in voce laudis invocabo te ꝛ que cūqꝫ vovi pro salute mea dn̄o reddā. Scio enī qꝛ tu deus clemēs ꝛ misericors patiēs ꝛ multe miserationis ꝛ ignoscēs sup malitia. Etiā tu dn̄e salvabis me ꝑpter nomē sctm̄ tuū. Tibi sit laus ꝛ honor ineternū. Amen. ¶ Oratio neemie ducis.j.

Q Ueso dn̄e de⁹ celi/fortis magne/atqꝫ terribilis: q̄ custodis pactū et miam his qui te diligūt ꝛ custodiūt mādata tua. Fiāt nūc aures tue auscultātes: ꝛ oculi tui aperti: vt audias oratiōnē servi tui q̄ ego oro corā te hodie nocte dieqꝫ pro servis tuis N. ꝛ confiteor nūc pro pctis eorū quibus peccaverūt tibi. Scio dn̄e qꝛ ego ꝛ domus patris mei peccavimus valde: vanitate seducti sumus/ et nō custodivimus mādata tua ac iudicia. Memēto verbi tui qd̄ mādasti Moysi famulo tuo dicens. Cū trāsgressi fueritis: ego dispergā vos in populos. Et si revertamini ad me et custodieritis mandata mea et feceritis ea etiā si abducti fueritis ad extrema celi: inde con

gregabo vos et reducā in locū quē elegi vt habi=
taret nomē meū ibi. Et nos ipsi serui tui semp et
ppl's quos redemisti in fortitudīe tua magna ad
te ꝯuertemur in toto corde nr̄o Igitur obsecro dn̄e
vt sit auris tua attēdens ad orōnē seruoꝝ tuorū
qui volūt timere nomē tuū. Et memēto mei sem
per in bonū ꝛ dirige me in via tua: vt inueniam
grām dn̄e i oculis tuis: vt placeamꝰ tibi in lumi
ne viuētiū. Amē. ¶ Ante sumptionē corpis xpi.
SAlue salutaris hostia/ pro me et oīni hu=
mano genere in patibulo crucis oblata.
Salue nobilis et preciocissime sanguis de late=
re crucifixi dn̄i mei iesu christi fluēs ꝛ totius ve=
teris ac noue macule culpas abluēs. Aufer igit
a me clemētissime iesu oīs iniquitatis offensas
qui grauissimis sum vicijs sordidatus: vt purifi
catus mēte ꝛ corpore accedere merear ad sancta
sctōꝝ ꝛ sacramēta tui corpis ꝛ sanguis degusta
re. Supplex eni o miserator hoīz obsecro: vt que
ad delēda petā hoīz dedisti nō mihi sint ad pctō
rū augmentū sed ad indulgentiā ꝛ tutionē. Fac
me dn̄e ita ea ore ꝛ corde pcipere: atqꝫ fidei ꝛ a ffe
ctu sentire: vt per eoꝝ virtutē merear ꝯformari
similitudini mortis ꝛ resurrectiōis tue per vete=
ris hoīs mortificationē nouitatē iuste vite: vt di
gnus sū corpori tuo qd̄ est ecclia incorpari ꝛ sim

membrū tuū et tu caput meū vt maneā in te / et tu in me quatenus in resurrectiōe reformes corpus humilitatis mee cōfiguratū corpori claritatis tue scd'z pmissionē apli ꝛ in te in eternū gaudeā de glia tua. Amē. ¶ In sūptiōe corpis xpi.

Domine nō sum dignus vt intres sub tectum meū / sed tantū dic verbo et sanabitur aīa mea. ¶ Post sumptionē corporis christi.

Gratias ago tibi oṗs et misericors deus / gratiarū actiones tremēde tue maiestati pijssime et immēse pater habeo: qa me indignū ꝛ miserꝝ peccatorē precioso corpore ꝛ sanguine filij tui dn̄i nostri iesu christi cōsolari et satiari dignatus es. Queso igitur dulcissime dn̄e iesu / vt hec sctā cōmunio nō sit mihi ad iudiciū et cōdēnationē / sed tua gratia et pietas sit mihi suauitas et dulcedo aīe mee: salus et sanctitas in om̄i temptatione: pax ꝛ gaudiū in om̄i tribulatione lumē et virtus in om̄i verbo et opere / solatiū et tutela finalis in morte ad euadendas et conterēdas oīm inimicorū meorū insidias / et proficiat mihi ad salutē corporis et aīe in vitā eternam. Et presta vt ibi nulla immaneat peccati macula: vbi tam sctā introierūt sacramenta. Amen. Pater noster. Aue. ¶ Sequuntur septē psalmi penitētiales. Aña. Ne reminiscaris. Ps.



Domine ne in furore tuo arguas me neqꝫ in ira tua corripias me. Miserere mei dñe quoniã infirmus sũ: sana me domĩe quoniã ꝯturbata sunt ossa mea. Et aĩa mea turbata est valde: sed tu dñe vsqꝫquo. Conuertere dñe ꝛ eripe animã meã: saluũ me fac propter misericordiã tuã. Quoniam non est in morte qui



memoꝛ sit tui: in inferno aūt quis cōfitebit tibi.
Laboꝛaui in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectum meum / lachꝛymis meis stratum meum rigabo.
Turbatus est a furoꝛe oculus meus: inueterani inter omnes inimicos meos.
Discedite a me oēs qui operamini iniquitatē / quoniā exaudiuit dominus vocem fletus mei.
Exaudiuit dominus depꝛecationem meā: dñs oꝛationem meam suscepit.
Erubescāt et conturbentur vehemēter oēs inimici mei: cōuertant ꝛ erubescāt valde velociter Glia. ¶ Oꝛatio penitentis: eoꝛū qui mīam dei consecuti sunt felicitati in cogitantis. ps. xxxiij.
Beati quoꝛum remisse sunt iniquitates / ꝛ quoꝛum tecta sunt peccata.
Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum nec est in spiritu eius dolus.
Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea / dū clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte grauata est sup me manus tua / conuersus sum in erumna mea / dum configitur spina.
Delictum meum cognitum tibi feci: et iniusticiam meam non abscondi.
Dixi confitebor aduersum me iniusticiā meam

domino:et tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te oīs sctūs: in tpe oportuno
Veruntamen in diluuio aquarum multarum:
ad eum non approximabunt.
Tu es refugiū meū a tribulatione que circūde
dit me:exultatio mea erue me a circūdātib⁹ me
Intellectū tibi dabo et instruam te in via hac
qua gradieris:firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus ⁊ mulus:quibus nō est
intellectus.
In chamo ⁊ freno maxillas eorum constringe
qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris/sperātem autem in
domino misericordia circundabit.
Letamini in domino et exultate iusti: et gloria
mini omnes recti corde. Gloria pa. Sicut erat
¶ Orō ad dei mitigandā iram / cū illa propter
peccata in ipsum cōmissa timetur. ps. xxxvij.
Domine ne in furore tuo arguas me:neq₃
in ira tua corripias me.
Quoniam sagitte tue infixe snut mihi:⁊ cōfir-
masti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea:a facie ire tue nō
est pax ossibus meis a facie peccatorum meorū.
Qm̄ iniquitates mee supgresse sunt caput meū
et sicut onus graue grauate sunt super me.

Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee / a facie insipientie mee.
Miser factus sum et curuatus sum usq3 in finē / tota die contristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionib9: et non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum et humiliatus sum nimis / rugiebam a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desiderium meum: ꝛ gemitus meus a te non est absconditus.
Cor meū ꝯturbatū est dereliquit me virt9 mea et lumen oculoꝝ meorū: et ipsum nō est mecum.
Amici mei ꝛ proximi mei: aduersum me appropinquauerunt et steterunt.
Et qui iuxta me erant de longe steterūt / ꝛ vim faciebant qui querebant animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanq̄ surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redargutiones.
Quoniam in te domīe speraui / tu exaudies me domine deus meus.
Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei / et dum cōmouentur pedes mei super

me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus sum/ et dolor meus in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meam annunciabo/ et cogitabo pro peccato meo.
Inimici aũt mei viuũt et cõfirmati sunt super me/ et multiplicati sunt qui oderunt me inique.
Qui retribuũt mala pro bonis detrahebãt mihi: quoniam sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me domine: deus meus ne discesseris a me.
Intẽde in adiutoriũ meũ: dñe de⁹ salutis mee
Gl'ia. Oro penitẽtis a pctis ad deũ redeuntis et eiũs misericordiã feruenter implorantis.
Miserere mei deus/ secundum magnã misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem miserationũ tuarum: dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.
Tibi soli peccaui/ & malũ corã te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis: & vincas cũ iudicaris.
Ecce enim iniquitatibus conceptus sum/ et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et oculta sapientie tue manifestasti mihi.

Asperges me domine ysopo et mundabor: lauabis me/ & super niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et letitiam: & exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me deus: et spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Ne proijcias me a facie tua / et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi letitiam salutaris tui / et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: et impij ad te conuertentur.

Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine labia mea aperies: et os meum annũciabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificiũ dedissem: vtiq; holocaustus non delectaberis.

Sacrificiũ deo spiritus contribulatus: cor contritũ et humiliatum deus non despicies.

Benigne fac dñe in bona volũtate tua syõ: vt edificentur muri hierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitie oblationes et holocausta: tūc imponēt super altare tuū vitulos. Gloria patri. Sicut erat.

¶ Inuocatio dei in lōga oppressione: cū q̄s vite malis afficit et in solo deo consolationē querit.

Domine exaudi orationem meam et clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuam a me / in quacunq3 die tribulor inclina ad me aurem tuam.

In quacūq3 die inuocauero te: velocit exaudi me

Quia defecerunt sicut fumus dies mei / et ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum vt fenum et aruit cor meū quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei adhesit os meū carni mee

Similis factus sum pellicano solitudinis / factus sum sicut nocticorax in domicilio.

Vigilaui et factus sum sicut passer / solitarius in tecto.

Tota die exprobrabāt mihi inimici mei: et qui laudabant me aduersum me iurabant.

Quia cinerem tanq̄ panem manducabam / et potum meum cum fletu miscebam.

A facie ire indignationis tue: quia eleuās allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerunt: et ego sicut fenum arui.

Tu autẽ dñe in eternum permanes: et memoriale tuum in generatione et generationem.
Tu exurgens domine misereberis syon / quia tempus miserendi eius quia venit tempus.
Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius et terre eius miserebuntur.
Et timebunt gentes nomen tuum domine / et omnes reges terre gloriam tuam.
Qꝛ edificauit dñs syon / et videbit in gl'ia sua.
Respexit in orationẽ humiliũ: et nõ spreuit precem eorũ. Scribantur hec in generatione altera: et populus qui creabitur laudabit dominũ.
Quia prospexit de excelso sancto suo: dominus de celo in terram aspexit.
Ut audiret gemitus compeditorũ: vt solueret filios interemptorum.
Ut annuncient in syon nomen domini / et laudem eius in hierusalem.
In conueniendo populos in vnum / et reges vt seruiant domino.
Respondit ei in via virtutis sue / paucitatẽ dierum meorum nuncia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierum meorum in generatione et generationem anni tui.
Initio tu domine terrã fundasti: et opera manuum tuarum sunt celi.

Ipsi peribūt tu autem permanes/ et omnes sicut vestimentum veterascent.
Et sicut opertoriū mutabis eos et mutabūtur tu aūt idem ipse es et anni tui non deficient.
Filii servorū tuorū habitabūt et semen eorum in seculū dirigetur. Gloria patri. Sicut erat.
¶ De orone et penitētia: cū cordis ꝫ animi compunctio sentit/ veniaqꝫ pctōꝝ postulāda. ꝑ.cxxix.
De profundis clamaui ad te domine/ domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris dne: dne q̇s sustinebit. Quia apud te propiciatio est / et propter legem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in verbo eius / sperauit anima mea in domino.
A custodia matutina vsqꝫ ad noctē/speret israel in domino.
Quia apud dnm mia: ꝫ copiosa apud eū redēptio. Et ipse redimet israel: ex oībus iniquitatibus eius. Gloria. ¶ Orō penitētis iudiciū dei timētis: ꝫ ad illi⁹ miaꝫ toto corde ꝯfugiētis. ꝑ.cxlij
Domine exaudi orationē meā auribꝰ percipe obsecrationem meā/in veritate tua exaudi me in tua iustitia.

Et nõ intres in iudicium cũ seruo tuo: quia nõ iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Quia persecutus est inimicus animam meam humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi et anxiatus est super me spiritus me⁹ in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorũ meditatus sum in omnibus operibus tuis / in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me dñe: defecit spũs meus.

Non auertas faciem tuam a me / et similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam quia in te speraui.

Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

Eripe me de inimicis meis dñe ad te cõfugi: doce me facere volũtatẽ tuã / q̄a deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum domine viuificabis me in equitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: et in mĩa tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes oēs qui tribulāt animā meā: quoniā ego seruus tuus sum. Gloria. Añ. Ne reminiscaris dñe delicta nostra vel parentū nostrorū/ neqꝫ vindictā sumas de peccatis nostris. Parce dñe / parce populo tuo quem redemisti precioso sanguine tuo ne ineternū irascaris nobis.

Quindecim psalmi. Psalmus .cxix. in quo iustus petit liberari de malis huius seculi.

AD dominum cum tribularer clamaui: ꝛ exaudiuit me.

Domine libera animā meam a labijs iniquis et a lingua dolosa.

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam.

Sagitte potētis acute: cū carbonibus desolatorijs. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est/ habitaui cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea.

Cū his qui oderūt pacē erā pacificus: cū loquebar illis impugnabant me gratis. Gloria pa.

Ps. cxx. in quo monet fideles recurrere ad sctōs

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxiliū meum a dño / qui fecit celū et terram.

Non det in commotionem pedem tuum / neqꝫ dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neq dormiet / qui custodit israel. Dominus custodit te dominus protectio tua super manum dexteram tuam.
Per die sol non uret te: neq luna per noctem.
Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus.
Dñs custodiat introitũ tuũ & exitũ tuũ: ex hoc nũc et usq in seculum. Gloria patri. ¶Ps. cxxi. in quo monet ad desiderium celestis patrie.
Letatus sum in his que dicta sunt mihi / in domum domini ibimus.
Stãtes erãt pedes nr̃i in atriis tuis hierusalẽ.
Hierusalẽ que edificatur ut ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.
Illuc enim ascenderũt tribus tribus dñi testimonium israel ad confitendũ nomini domini.
Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum dauid.
Rogate que ad pacem sunt hierusalem: et abũdantia diligentibus te.
Fiat pax in uirtute tua: & abũdantia in turribus tuis. Propter fratres meos et proximos meos: loquebar pacem de te.
Propter domum dñi dei nostri / quesiui bona tibi. Gloria patri. Sicut erat.
¶Ps. cxxii. in quo monet ad ascensum uirtutũ.

AD te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancille in manibus dñe sue: ita oculi nři ad dñm deū nostrū: donec misereat̃ nostri
Miserere nostri dñe miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.
Quia multū repleta est aïa nostra opprobriū abundātibus: ⁊ despectio superbis. Gloria pri.
¶ Psalmꝰ.cxxiij. in quo monet omne bonū nostrum deo esse ascribendum.
NIsi quia dñs erat in nobis dicat nūc israel: nisi quia dominus erat in nobis.
Cum exurgerent homines in nos: forte viuos deglutissent nos.
Cum irasceretur furor eorum in nos: forsitan aqua absorbuisset nos.
Torrentē pertransiuit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquā intollerabilē.
Benedictus dñs qui non dedit nos: in captiōe dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantium.
Laqueus contritus est: et nos liberati sumus.
Adiutorium nostrum in nomine domini; qui fecit celum ⁊ terram. Gloria patri. Sicut erat
Psalmꝰ.cxxiiij. ĩ quo monet cōfidere ĩ solo deo.

Qui cõfidũt in dño sicut mõs syon: nõ cõ=
monebitur in eternũ / q̃ habitat i hierl'm
Montes in circuitu eius et dominus in circuitu
populi sui: ex hoc nunc & vsq3 in seculum.
Quia nõ reliquet dñs virgã pctõr sup sortẽ iu
storũ: vt nõ extẽdãt iusti ad iniqtatẽ man⁹ suas
Benefac domine: bonis et rectis corde.
Declinãtes autẽ in obligationes adducet dñs
cum operantibus iniquitatem pax super israel.
Gloria patri & filio. Sicut erat Psalmus.
cxxv. in quo monet ad gaudiũ pro liberatione.

In conuertendo dominus captiuitatem sy
on: facti sumus sicut consolati.
Tunc repletũ est gaudio os nostrum: et lingua
nostra exultatione.
Tũc dicent inter gentes: magnificauit dñs fa
cere cũ eis. Magnificauit dñs facere nobiscum
facti sumus letantes.
Conuertere domine captiuitatem nostrã: sicut
torrens in austro.
Qui seminãt in lachrymis: i exultatione metẽt
Euntes ibant & flebant: mittentes semina sua
Venientes autem venient cũ exultatione: por
tantes manipulos suos. Gloria pa. Sicut erat
Psalmus. cxxvi. in quo monet ne aliquis bonũ
quod in se cernit proprijs viribus ascribat.

NIsi dominus edificauerit domum: inua-
num laborauerunt qui edificant eam.
Nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra vi
gilat qui custodit eam.
Uanum est vobis ante lucem surgere: surgite
postq̄ sederitis qui manducatis panem doloris
Cum dederit dilectis suis somnum ecce heredi
tas domini filij merces fructus ventris
Sicut sagitte ī manu potētis ita filij excussorū
Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex
ipsis: non confundetur cum loquetur inimicis
suis in porta. Gloria patri et. Sicut erat in. xc
Psalmus.cxxvi. in quo monet caste timere deū
BEati oēs qui timent dn̄m: qui ambulant
in vijs eius. Labores manuū tuarū quia
manducabis: beatus es & bene tibi erit.
Uxor tua sicut vitis abūdās ī latib⁹ dom⁹ tue.
Filij tui sicut nouelle oliuar ī circuitu mēse tue
Ecce sic benedicetur homo: qui timet dominū.
Benedicat tibi dominus ex syon: & videas bona
hierusalem omnibus diebus vite tue.
Et videas filios filiorū tuorū: pacē super isrl.
Gloria patri. Psalmus.cxxviij. in quo monet
ad tolerantiam exemplo omnium sanctorum.
SEpe expugnauerūt me a iuuentute mea:
dicat nunc israel.

Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea:etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores:prolongauerunt iniquitatem suam.

Dominus iustus concidet ceruices peccatorũ: confundãtur & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt syon.

Fiant sicut fenum tectorum:quod priusq̃ euellatur exaruit. De quo non impleuit manũ suam qui metet:et sinũ suũ q̃ manipulos colliget.

Et non dixerũt qui preteribãt benedictio dñi sup vos: benediximus vobis in noĩe dñi. Gloria

Psalmus.cxxix.in quo monet ad penitentiã

De profundis clamaui ad te domine : domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris domine:domine quis sustinebit.

Quia apud te propiciatio est:et propter legem tuam sustinui te domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius : sperauit anima mea in domino.

A custodia matutina vsq̃ ad noctẽ: speret israel in domino. Quia apud dominum misericordia:et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet isrl':ex oĩbus iniquitatib⁹ ei⁹.

Oratio. ps. cxxx. in quo monet ad humilitatem.
Domine non est exaltatum cor meũ: neq; elati sunt oculi mei. Neq; ambulaui in magnis: neq; in mirabilibus super me.
Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam. Sicut ablactatus est super matre sua: ita retributio in anima mea.
Speret israel in dño: ex hoc nũc & vsq; in sclm.
Oratio. De vera mãsuetudine & pmissiõe facta ipi dauid q xps ex ei9 stirpe esset descẽsur9. p. cxxxi.
Memẽto dñe dauid: & omnis mansuetudinis eius. Sicut iurauit dño: votum vouit deo iacob. Si introiero in tabernaculũ domus mee: si ascendero in lectum strati mei.
Si dedero somnũ oculis meis: & palpebris meis dormitationẽ. Et requiẽ tẽporibus meis donec inueniã locum dño: tabernaculũ deo iacob.
Ecce audiuimus eam in effrata: inuenimus eam in campis silue.
Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.
Surge domine in requiem tuã: tu & archa sanctificationis tue. Sacerdotes tui induantur iustitiam: et sancti tui exultent.
Propter dauid seruum tuum: non auertas faciem christi tui.

Iurauit dominus dauid veritatem et non fru
strabitur eum: de fructu ventris tui ponā super
sedem tuam.
Si custodierint filij tui testamentum meum: &
testimonia mea hec que docebo eos.
Et filij eorū vsq; in sclm: sedebūt sup sedē tuā.
Quoniam elegit dominus syon: elegit eā in ha
bitationem sibi.
Hec requies mea in seculū seculi: hic habitabo
quoniam elegi eam.
Viduam eius bedicens benedicam: pauperes
eius saturabo panibus.
Sacerdotes eius induā salutari: et sancti eius
exultatione exultabunt.
Illuc producam cornu dauid: paraui lucernā
christo meo.
Inimicos eius induā confusione: sup ipm aūt
efflorebit sctificatio mea Glo. ¶ De fraterna
vnione/ q sit expetēda/ habēdaq; inter charita
tis fratne amatores assidue zuersatiōe p. cxxxij

Ecce q bonū & q iocūdū: habitare fratres
in vnum. Sicut vnguentum in capite:
quod descendit in barbam barbam aaron.
Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut
ros hermon qui descendit in montem syon.
Quoniam illuc mādauit dominus benedictio

nem: et vitam vsq; in seculum. Gloria patri.
¶ De laudādo deo / presertim ab his q̄ ecclesiastico sunt ministerio addicti: et imminente nocturno tempore. Psalmus .cxxxiij.

Ecce nunc benedicite dominum om̄es serui domini.
Qui statis ī domo dn̄i: in atrijs domus dei nr̄i
In noctibus extollite manus vestras in sancta et benedicite dominum.
Benedicat te dominus ex syon: qui fecit celum et terram. Gloria patri et filio & spiritui sancto
Sicut erat in principio & nunc & semper et in secula seculorum. Amē. An. Ne reminiscaris dn̄e peccata nostra. Vt supra ante quindeci psalmos
Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Christe audi nos.
Pater de celis deus. Miserere nobis.
Fili redemptor mundi deus miserere nobis.
Spiritus sancte deus: miserere nobis.
Sancta trinitas vnus deus: miserere nobis.
Sancta maria. Ora pro nobis.
Sancta dei genitrix. ora.
Sancta virgo virginum ora.
Sancte michael. ora.
Sancte gabriel. ora.
Sancte raphael. ora.

Omnes sancti angeli ꝛ archangeli dei. Ora te pro nobis.

Omnes sancti beatorum spirituū ordines. Orate pro nobis.

Sancte ioānes baptista. Ora pro nobis

Oēs scti patriarche ꝛ prophete. Orate ꝑ no.

Sancte petre or.
Sancte paule or.
Sancte andrea or.
Sancte ioannes or.
Sancte iacobe or.
Sancte thoma or.
Sancte philip pe or.
Sancte iacobe or.
Sancte mathee or.
Sctē bartholomee or.
Sancte symon or.
Sancte thadee or.
Sancte mathia or.
Sancte barnaba or.
Sancte marce or.
Sancte luca or.

Omnes scti apostoli et euāgeliste. Orate pro

Sancte stephane. or.
Sancte line or.
Sancte clete or.
Sancte clemens or.
Sancte sixte or.
Sancte corneli or.
Sancte cypriane or.
Sancte laurenti or.
Sancte vincenti or.
Sancte cosma or.
Sancte damiane or.
Sancte fabiane or.
Sancte sebastiane or.
Sancte prime or.
Sancte feliciane or.
Sancte thoma or.
Sancte erasme or.
Sancte edmunde or.
Sancte xpofore or.
Sancte georgi or.
Sancte blasi or.
Sancte adriane or.
Sancte dionysi cū socijs tuis. Orate ꝑ no.

Sancte maurici cum socijs tuis orate
Sancte gereon cũ so=cijs tuis orate
Omnes sancti martyres Orate pro nobis
Sancte edwarde or
Sancte siluester or
Sancte leo or
Sãcte hyeronime or
Sancte augustine or
Sancte ambrosi or
Sancte gregori or
Sancte isydore or
Sancte iuliane or
Sancte gildarde or
Sancte medarde or
Sancte albine or
Sancte swittune or
Sancte birine or
Sancte lamberte or
Sancte martine ora
Sancte anthoni ora
Sancte nicolae ora
Sancte leonarde ora
Sãcte erkẽwalde ora
Sancte dunstane or
Sancte cuthberte or
Oẽs. s. cõfessores orate
Oẽs scti monachi & heremite Orate pro no.
Sãcta maria magda=lena Ora pro nobis
Sãcta maria egyptiaca. Ora pro nobis
Sancta anna ora
Sãcta katharina or
Sãcta margareta or
Sancta perpetua or
Sancta felicitas or
Sancta genouefa or
Sancta praxedis or
Sancta scolastica or
Sancta petronilla or
Sancta sotheris or
Sancta prisca or
Sancta tecla or
Sancta affra ora
Sancta editha ora
Sancta barbara ora
Sancta helena ora
Sancta apolonia ora

Sancta agatha. ora
Sancta lucia ora
Sancta agnes ora
Sancta christina ora
Sancta sytha ora
Sancta cecilia ora
Sctā fredeswida ora
Sctā wenefreda ora
Sctā gertrudis ora
Sctā othilia ora
Sctā brigida ora
Sctā iuliana ora
Sancta ursula cū sodalibus tuis orate
Sācta wilgefortis ora
Sancta dorothea ora
Oēs sancte virgines Orate pro nobis
Omnes sancte vidue et continentes Orate.
Oēs sancti et sancte dei. Orate pro nobis.
Propicius esto. Parce nobis domine
Ab omni malo. Libera nos domine
Ab omni malo. Libera nos domine
Ab insidijs diaboli. Libera nos domine
A damnatione perpetua. Libera nos domine
Ab imminētibus pctōrū nrōrū periculis. Li.
Ab infestationibus demonum. Libera nos do
A spiritu fornicationis. Libera nos domine.
Ab appetitu inanis glorie. Libera nos domi.
Ab omni immūditia mentis & corporis. Libe.
Ab ira & odio et omni mala voluntate. Libe.
Ab imūdis cogitationibus. Libera nos domi
Ab omni peccato. Libera nos domine.
A cecitate cordis. Libera nos domine.
A fulgure et tempestate. Libera nos domine.

A subitanea et improuisa morte. Libera nos.
Per misterium sancte incarnationis tue. Libe
Per natiuitatem tuam. Libera nos domine.
Per sanctā circuncisionem tuam. Libera nos
Per baptismum tuum. Libera nos domine.
Per ieiunium tuum. Libera nos domine.
Per crucem ⁊ passionem tuam. Libera nos.
Per preciosam mortem tuam. Libera nos do.
Per gloriosam resurrectionem tuam. Libera.
Per admirabilem ascensionem tuam. Libera
Per gratiam sancti spiritus paraclyti. Libera
In hora mortis: succurre nobis domine.
In die iudicij. Libera nos domine.
Peccatores. Te rogamus audi nos.
Ut pacē nobis dones. Te rogamus audi nos.
Ut mīa ⁊ pietas tua nos semp̄ custodiat. Te r̄
Ut ecclesiam tuā regere ac defensare digneris
Te rogamus audi nos.
Ut [redacted] et omnes gradus ecclesie
in tua sctā religione cōseruare digneris. Te ro.
Ut regi nostro ⁊ principibus nostris pacē ⁊ ve
rā cōcordiā atq3 victoriā donare digneris. Te.
Ut episcopos ⁊ abbates nostros: et omnes con
gregationes illis commissas in sancta religiōe
conseruare digneris. Te rogamus audi nos.
Ut cōgregationes oīm sanctorum in tuo ser-

nitio conseruare digneris. Te rogam⁹ audi nos
Ut cunctũ populũ christianũ ꝑcioso sanguine tuo redemptũ cõseruare digneris. Te rogam⁹.
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas. Te rogamus audi nos.
Ut animas nostras et parentum nostrorũ ab eterna damnatione eripias. Te rogam⁹ audi.
Ut fruct⁹ terre dare et cõseruare digneris. Te
Ut oculos misericordie tue super nos reducere digneris. Te rogamus audi nos.
Ut obsequium seruitutis nostre rationabile facias. Te rogamus audi nos.
Ut mẽtes nr̃as ad celestia desideria erigas. te
Ut miserias pauperum et captiuorum intueri et releuare digneris. Te rogamus audi nos.
Ut omnibus fidelibus viuis ac defunctis: requiem eternam dones. Te rogamus audi nos.
Ut nos exaudire digneris. Te rogamus audi
Fili dei. Te rogamus audi nos. iij.
Agn⁹ dei q̃ tollis pctã mũdi: parce nobis dñe.
Agn⁹ dei q̃ tollis pctã mundi: exaudi nos dñe.
Agn⁹ dei qui tollis pctã mũdi: miserere nobis.
Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson.
Pater noster Aue. Et ne nos inducas. Sed lib.
Ostende nobis domine misericordiam tuam.
Et salutare tuum da nobis.

Et veniat super nos misericordia tua domine
Salutare tuum secundum eloquium tuum.
Peccauimus cum patribus nostris.
Iniuste egimus iniquitatem fecimus.
Dñe nō scḋm pctā nostra facias nobis. Neqꝫ
secundam iniquitates nostras retribuas nobis
Oremus pro omni gradu ecclesie. Sacerdotes
tui induantur iustitiam: et sancti tui exultent.
Pro fratribus ꝛ sororibus nr̄is. Saluos fac ser
uos tuos ꝛ ancillas tuas: deꝰ meꝰ sperātes in te
Oremus pro cuncto populo christiano. Saluū
fac populum tuum domine: ꝛ benedic heredita=
ti tue: et rege eos ꝛ extolle illos vsqꝫ in eternum
Domine fiat pax in virtute tua. Et abundan
tia in turribus tuis.
Anime famulorū famularūqꝫ tuaꝝ requiescāt
in pace Amē. Dñe exaudi. Et clamor. Oremꝰ.
Deus cui proprium est misereri semper et
parcere: suscipe deprecationē nostrā: vt
quos delictorum cathena cōstringit: miseratio
tue pietatis absoluat. Per dominum nostrum.
Omnipotēs sempiterne deus: qui facis mi
rabilia magna solus: pretēde super famu
los tuos pontifices: et super cunctas congrega=
tiones illis commissas spiritum gratie saluta=
ris: vt in veritate tibi complaceant perpetuum

eis rorem tue benedictionis infunde.

Deus qui charitatis dona per gratiā sancti spiritus tuorum cordibus fidelium infundis: da famulis et famulabus tuis pro quibus tuā deprecamur clementiā salutē mētis et corporis vt te tota virtute diligant: et que tibi placita sunt tota dilectione perficiant. Oratio.

Deus a quo sancta desideria recta cōsilia et iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacē vt et corda nostra mandatis tuis dedita/et hostium sublata formidine: tempora sint tua protectione tranquilla.

Ineffabilem misericordiam tuam quesumus domine nobis clementer ostende: vt simul nos a peccatis omnibus exuas: et a penis quas pro his meremur benignus eripias.

Fidelium deus omnium cōditor et redemptor animabus oīm fideliū defunctorū remissionem cunctorum tribue peccatorū: vt indulgentiam quam semper optauerunt piis supplicationibus consequantur. Oratio.

Pietate tua quesumus domine nostrorum solue vincula omnium delictorum: et intercedēte beata et gloriosa semperque virgine dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis nos famulos tuos et omnem populum catholicum

in omni sanctitate custodi: omnesq͂ cõsanguinitate ac familiaritate vel confessione et oratione nobis iũctos seu oẽs christianos a vicijs purga/ virtutibus illustra/ pacẽ & salutẽ nobis tribue hostes visibiles & inuisibiles remoue: pestẽ & famẽ repelle/ amicis & inimicis nostris caritatẽ largire: et oĩbus fidelibus viuis ac defunctis in terra viuẽtiũ: vitã & requiẽ eternã cõcede. Oro.

Per horũ oĩm sanctorũ angelorũ/ archangelorum/ patriarcharũ/ prophetarum/ apostolorũ/ euangelistarũ/ martyrũ/ cõfessorũ atq͂ virginũ/ et oĩm electorũ merita intercessiones/ oratiões et suffragia clemẽtissime deus: infunde cordib⁹ nostris fontẽ lachrymarũ: vt possimus reatũ cõsciẽtie nostre pfecte cognoscere/ valeamus coram te delicta facinorꝝ nroꝝ et commissa fideliter accusare et de eis tua mia prestãte veniã pfectã habere. Per xpm dñm nrm. A.

¶ Whã saynt bernarde was in his prayers the dyuell sayd vnto hym I kno we that ther be seththynge verses in the sawter hoo that sayes thẽ dayle shall not pisshe and he shall haue knolege of the day that he shall dye but the finde wolde not showe thẽ to saynte bernard thã sayd saite bernarde I shal dayly say the hoole sawt thefẽ de cõsiderige tat sait bernarde shall do so ioter

pfite & gode labor so he showed hym thys vses
Versus sancti bernardi. O bone iesu.
Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā in morte: nequando dicat inimicus meus preualui aduersus eum. In manus tuas domine: commendo spiritum meum: redemisti me domine deus veritatis. O adonay.
Locutus sum in lingua mea: notum fac mihi domine finem meum. O sapientia.
Et numerum dierum meorū quis est: vt sciam quid desit mihi. O rex noster fili dauid.
Dirupisti dn̄e vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis: & nomen dn̄i inuocabo. O heloy.
Periit fuga a me: et non est qui requirat animam meam. O emanuel.
Clamaui ad te dn̄e: dixi tu es spes mea: portio mea in terra viuentium. O christe.
Fac mecum signū in bono vt videant qui oderunt me & confundantur: quoniam tu dn̄e adiuuisti me/et consolatus es me. O agyos.
Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti letitiam in corde meo. O raby
Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam dn̄o: & tu remisisti impietatem peccati mei. O thetragramaton.
Qui tribulāt me exultabūt si mot⁹ fuero: ego

autē in misericordia tua speraui. O agnus dei.
Cātabo dño q̄ bona tribuit mihi: ⁊ psallam nomini dñi altissimi. Gloria. Kyrie eleyson. Xp̄e eleyson. Kyrie eleyson. Pater nr̄. Et ne nos. V.
Cōfiteantur tibi dñe oīa opera tua. R. Et sctī tui bñdicāt tibi. V. Dñe exaudi. Et cla. Oratio
Omnipotens sempiterne deus: qui ezechie regi iude cū lachrimis tibi deprecanti terminū sue vite pretendisti: concede mihi famulo tuo. N. tantū vite spaciū saltē quo admensurā: vt peccata mea valeā deplorare: ⁊ veniam atq̄ gratiā per tuā miam consequi merear. Per dominū nr̄m iesum christū. Pater. Aue. O agyos
Iesu fili dei oīm conditor adiuua me: vt in vanis cogitationibus nō delectetur. Pater. Aue.
Iesu fili dei q̄ corā iudice tacuisti / tene linguā meā donec cogitē qualiter ⁊ q̄d loquar. Pr̄. Aue
Iesu fili dei q̄ ligatus fuisti: rege manus meas ⁊ omnia membra mea vt opera mea tendāt ad bonum finem. Pater noster. Aue maria.
Titulus triumphalis iesus nazarenus rex iudeorū crucifixus. Ecce viuifice cru✠cis domini cū signū: fugite partes aduerse vicit leo de tribu iuda radix dauid. Alleluya alluya, alleluya.
Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.
Pater noster. Aue maria. Credo. Et ne nos in

ducas. Sed libe. Esto nobis dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Dñe exau. Et cla. Oro.

Omnipotens sempiterne deus: parce metuentibus propiciare supplicãtibus: vt post noxios ignes imbriũ & vicẽ procellarũ in materiam tue laudis transeat cõminatio tempestatis Et per hec etiam verba dei quibus tonantia vel audita pericula fulguris amonentur. A signis celi ne timueris que gentes timent: quia ego vobiscum sum dominus deus vester. Amen.

Peto dñe iesu christe largire mihi i amore tuo modũ sine mẽsura affectũ sine modo lãguorẽ sine ordine ardorẽ sine discretiõe. Amẽ.

Domine iesu christe ego cognosco me grauiter peccasse & volo me emẽdare per gratiam tuam. Miserere mei propter amaram passionem tuam. Amen. Pater noster. Aue maria.

Omnipotens sempiterne deus: qui viuorũ dominaris simul & mortuorũ: omniũq̃ misereris quos tuos fide & opere futuros esse prenoscis te suppliciter exoramꝰ: vt quosq̃ vel presens seculũ adhuc in carne retinet: vel futurũ iã exutos corpore suscepit intercedentibus omnibus sanctis tuis pietatis tue clementia: omniũ delictorũ suorũ veniã cõsequantur. Per dñm. Pr.

¶ Sequuntur vigilie mortuorũ. Añ. Placebõ.

glish This
can.



Dilexi quoniam exaudiet dominus vocem orationis mee. Quia inclinavit aurem suam mihi: et in diebus meis invocabo. Circumdederunt me dolores mortis: et pericula inferni invenerunt me. Tribulationem et dolorem inveni: et nomen domini invocavi. O domine libera animam meam misericors dominus et iustus et deus noster miseretur

S.ii.

Custodiens paruulos dn̄s: humiliatus sum et liberauit me. Conuertere aīa mea in requiē tuā quia dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu.
ego autem non dereliqui mandata tua.
Secundum misericordiam tuam viuifica me: et custodiam testimonia oris tui.
Duodecimus octonarius / et eius spiritualis cogitatio
IN eternum domine: verbum tuum permanet in celo. In generatione et generationem veritas tua: fundasti terram et permanet.
Ordinatione tua perseuerant dies: quoniam omnia seruiunt tibi. Nisi quod lex tua meditatio mea est: tunc forte perissem in humilitate mea.
In eternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me. Tuus sum ego saluum me fac: quia iustificationes tuas exquisiui.
Me expectauerunt peccatores vt perderent me testimonia tua intellexi. Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.
Decimus tertius octonarius et mistica eius meditatio
QUomodo dilexi legem tuam domine: tota die meditatio mea est. Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in eternum mihi est. Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est.
Super senes intellexi quia mandata tua quesiui
Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba tua. A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi. Quam dulcia faucibus meis

eloquia tua / sup mel ori meo. A mandatis tuis intellexi / propterea odiui omem viam iniquitatis.
¶ Decimus quartus octonarius / et spiritualis eius meditatio.

Lucerna pedibus meis verbum tuum / et lumen semitis meis.
Iuraui et statui custodire iudicia / iustitie tue. Humiliatus sum vsquequaqz domine: viuifica me secundum verbum tuum. Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: et iudicia tua doce me. Anima mea in manibus meis semper: et legem tuam non sum oblitus. Posuerunt peccatores laqueum mihi / et de mandatis tuis non erraui. Hereditate acquisiui testimonia tua ineternum: quia exultatio cordis mei sunt. Inclina cor meum ad faciendas iustificationes tuas ineternum: propter retributionem ¶ Decimus quintus octonarius / et spiritualis eius contemplatio.

Iniquos odio habui / et legem tuam dilexi. Adiutor et susceptor meus es tu: et in verbum tuum supersperaui.
Declinate a me maligni: et scrutabor mandata dei mei. Suscipe me scdm eloquium tuum et viuam et non confundas me ab expectatione mea. Adiuua me et saluus ero: et meditabor in iustificationibus tuis semper. Spreuisti omnes discedentes a

iudicijs tuis: quia iniusta cogitatio eorum.
Preuaricantes reputaui oēs peccatores terre/ ideo dilexi testimonia tua. Cōfige timore tuo carnes meas: a iudicijs enī tuis timui. Decimus sextus octonarius: et eius spūalis meditatio.
Feci iudiciū et iustitiā: nō tradas me calūniantibus me. Suscipe seruū tuū in bonum nō calūnientur me superbi. Oculi mei defecerunt in salutare tuū: et in eloquiū iustitie tue. Fac cū seruo tuo secundū mīam tuā/ et iustificationes tuas doce me. Seruus tuus sum ego/ da mihi intellectum vt sciam testimonia tua.
Tēpus faciendi dn̄e: dissipauerunt legem tuā.
Ideo dilexi mandata tua: sup aurū et topaziō
Propterea ad omnia mandata tua dirigebar/ oēm viā iniquā odio habui. Decimus septimus octonarius: et eius spiritualis meditatio.
Mirabilia testimonia tua domīe: ideo scrutata est ea anima mea.
Declaratio seruorum tuorum illuminat: et intellectum dat paruulis.
Os meum aperui et attraxi spiritum: quia mādata tua desiderabam.
Aspice in me et miserere mei: secundū iudicium diligentium nomen tuum.
Gressus meos dirige secundum eloquiū tuū: et

non dominetur mei omnis iniustitia.
Redime me a calūnijs hominū: vt custodiam mandata tua. Faciem tuā illumina super seruum tuum: et doce me iustificationes tuas.
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia nō custodierunt legē tuā. ¶ Decimus octauus octonarius/et eius spiritualis speculatio.
Iustus es domine: et rectum iudiciū tuum Mandasti iustitiam testimonia tua: et veritatē tuā nimis. Tabescere me fecit zelus tuus qꝛ obliti sunt verba inimici mei. Ignitum eloquiū tuū vehementer: ꝛ seruus tuꝰ dilexit illud. Adolescentulus sum ego ꝛ contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus.
Iustitia tua iustitia ineternū: ꝛ lex tua veritas Tribulatio et angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est.
Equitas testimonia tua ineternum: intellectū da mihi ꝛ viuā. ¶ Decimus nonus octonarius et spiritualis eius cogitatio.
Clamaui in toto corde exaudi me domine iustificationes tuas requiram.
Clamaui ad te saluum me fac: vt custodiam mādata tua. Preueni in maturitate ꝛ clamaui qꝛ in verba tua supsperaui. Preuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.

Vocem meam audi secundũ miam tuam dñe/ et secundum iudicium tuum viuifica me.
Appropinquauerunt persequentes me iniqui-tati/a lege autem tua longe facti sunt.
Prope es tu domine:et omnes vie tue veritas.
Initio cognoui de testimoniis tuis:quia ineternum fundasti ea. ¶ Vicesimus octonarius / et eius spiritualis meditatio.

Vide humilitatem meam & eripe me:quia legem tuam non sum oblitus.
Iudica iudicium meum et redime me:propter eloquium tuum viuifica me.
Longe a peccatoribus salus; quia iustificatio-nes tuas non exquisierunt.
Misericordie tue multe domine: secundum iudicium tuum viuifica me.
Multi qui persequuntur me/& tribulãt me:a testimoniis tuis non declinaui.
Vidi preuaricantes et tabescebã; quia eloquia tua nõ custodierunt. Vide quoniam mandata tua dilexi dñe : in misericordia tua viuifica me.
Principiũ verborũ tuorum veritas:ineternum omnia iudicia iustitie tue. ¶ Vicesimus primus octonarius/et eius spiritualis meditatio.

Principes persecuti sunt me gratis:& a verbis tuis formidauit cor meum.

Letabor ego super eloquia tua / sicut qui inuenit spolia multa. Iniqtatē odio habui ꝫ abominatus sum / legem autem tuam dilexi.
Septies in die laudem dixi tibi / super iudicia iustitie tue. Pax multa diligentibus legē tuam / et non est illis scandalum. Expectabam salutare tuum domine / et mandata tua dilexi.
Custodiuit anima mea testimonia tua: ꝫ dilexit ea vehementer. Seruaui mandata tua ꝫ testimonia tua / quia oēs vie mee in cōspectu tuo.

¶ Vicesimus secundus octonarius: et eius spiritualis cōtemplatio.

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo domine: iuxta eloquiū tuū da mihi intellectum. Intret postulatio mea in cōspectu tuo / secundum eloquium tuum eripe me.
Eructabunt labia mea hymnum / cū docueris me iustificationes tuas.
Pronunciabit lingua mea eloquium tuū: quia omnia mādata tua equitas. Fiat manus tua vt saluet me / quoniam mandata tua elegi.
Concupiui salutare tuum domine / et lex tua meditatio mea est. Viuet anima mea et laudabit te / et iudicia tua adiuuabunt me.
Erraui sicut ouis que periit: quere seruū tuum domine quia mādata tua nō sum oblitus. Re-

quiẽ eternã. Kyrie eleyson. Xpe eleyson. Kyrie=eleyson. Pater noster. Aue maria. ¶ Psalmus cxxxviij. in quo monet a deo non esse fugiendũ.

Domine probasti me et cognouisti me tu cognouisti sessionem meam / et resurrectionem meã. Intellexisti cogitationes meas de longe / semitam meam et funiculum meũ inuestigasti. Et omnes vias meas preuidisti quia non est sermo in lingua mea.

Ecce dñe tu cognouisti oĩa nouissima ⁊ ãtiqua tu formasti me ⁊ posuisti super me manum tuã. Mirabilis facta est sciẽtia tua ex me: cõfortata ẽst et non potero ad eam.

Quo ibo a spiritu tuo ⁊ quo a facie tua fugiam Si ascendero in celum tu illic es / si descendero ad infernum ades. Si sumpsero pẽnas meas diluculo et habitauero in extremis maris. Eteñ illic manus tua deducet me: ⁊ tenebit me dextera tua. Et dixi forsitan tenebre conculcabũt me et nox illuminatio mea in delicijs meis.

Quia tenebre nõ obscurabũtur a te: ⁊ nox sicut dies illuminabitur / sicut tenebre eius ita ⁊ lumẽ eius. Quia tu possedisti renes meos / suscepisti me de vtero matris mee.

Cõfitebor tibi q2 terribiliter magnificatus es mirabilia opa tua: et aĩa mea cognoscet nimis

Non est occultatũ os meum a te quod fecisti in occulto: et substantia mea in inferioribus terre. Imperfectũ meũ viderunt oculi tui: et in libro tuo oẽs scribent: dies formabũtur et nemo in eis Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabunt ur: exurrexi et adhuc sum tecum. Si occideris deus peccatores: viri sanguinum declinate a me. Quia dicitis in cogitatione: accipiant in vanitate ciuitates suas. Nõne qui oderunt te dñe oderã: et super inimicos meos tabescebam. Perfecto odio oderã illos: inimici facti sunt mihi. Proba me deus et scito cor meum interroga me et cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me est: et deduc me in via eterna. R. equieñ. A porta inferi. In terra viuentiũ. Domine exaudi orationẽ meã. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Tibi dñe commendamus animã famuli tui. N. et animas famulorũ famularũqȝ tuarum: vt defuncti seculo tibi viuant: et que per fragilitatem mundane conuersationis peccata admiserunt: tu venia misericordissime pietatis absterge. Per christum dominum nostrũ. Amẽ Requiescant in pace. Amẽ. Pater noster. Aue.

¶Pius the.ij. [redacted] of rome hath graunted to al them that say this prayer folowynge for the saluacyon of all christien soulls totiens quotiens a hondreth days of pardon. And also. Johannes the.iiij. [illegible] hath graunted as mayny dayes of pardō as ther be bodys of christē people beryed Pater noster. Aue maria.

Oratio.

Miserere dñe aiabus que singulares apud te nō habent intercessores quibus cōsolatio nō est in tormētis/neq; spes vlla nisi quod ad ymaginē & similitudinē tuā create sunt / q̄ antiquitate vel paupertate aut negligentia in obliuionē parentū seruorū tuorū tradite sunt: quarū primus/septimus/tricesimus aut aniuersarius dies nisi q̄ celebratur: parce eis dñe & defende plasma tuū: libera eas a cruciatu & tormentis porrige eis dexterā tuā: et perduc eas in locū refrigerij lucis et pacis. Per dñm. Pater. Aue. Credo.

Whā ye enter i to te churche yarde saie tis praier

Saluete vos oēs fideles aie quarū corpora hic & vbiq; requiescunt in puluere dñs noster iesus christus qui vos & nos redemit suo preciosissimo sanguine dignetur vos a penis liberare: et angelorū choris aggregare: ibiq; nostri memores pro nobis suppliciter exorare vt et vobis associemur/& in celis vobiscum coronemur.

Oratio siue descriptio passionis

¶ Whan ye go oute of the churche yarde saye thys prayer.

Valete vos omnes fideles anime que iacetis in gremio terre lõge lateqʒ benedicat vos sol iustitie: & claritate sui luminis vos ꝑfrui faciat sine fine. Amen. Oremus.

Respice quesumus omnipotẽs deus: super animas famulorum famularumqʒ tuarũ et omnium fidelium defunctorum / et omnium christianorum pro quibus saluandis nudis & expansis manibus in cruce pepẽdisti: et quinqʒ vulnera pertulisti / et amarã mortẽ subire voluisti. Qui viuis et regnas deus. Per oĩa secula seculorũ. Amẽ. Pater noster. Aue maria. Credo in.

¶ Oratio xp̃i in cruce pẽdentis: & descriptio passionis eius: vt ex assidua illius meditatione patiẽtiã cõparemus. p̃. xxi.



Deus deus meus respice in me / quare me dereliquisti longe a salute mea verba delictorum meorũ. Deus meus clamabo per diem et nõ exaudies: et nocte et non ad insipientiam mihi. Tu autem in sancto habitas / laus israel. In te sperauerũt patres nostri: sperauerunt & libera

sti eos. Ad te clamauerunt ⁊ salui facti sunt: in te sperauerunt et non sunt confusi.
Ego autem sum vermis et non homo / opprobrium hominum et abiectio plebis.
Omnes videntes me deriserūt me: locuti sunt labiis et mouerunt caput.
Sperauit in domino eripiat eum: saluum faciat eum quoniam vult eum.
Quoniam tu es deus qui extraxisti me de vtero spes mea ab vberibus matris mee / in te proiectus sum ex vtero. De ventre matris mee deus meus es tu / ne discesseris a me.
Quoniam tribulatio proxima est / quoniā non est qui adiuuet. Circūdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.
Aperuerunt super me os suum / sicut leo rapiens et rugiens. Sicut aqua effusus sum / et dispersa sunt omnia ossa mea.
Factum est cor meum tanq̄ cera liquescens: in medio ventris mei. Aruit tāq̄ testa virtus mea et lingua mea adhesit faucibus meis: et in puluerem mortis deduxisti me.
Quoniam circundederunt me canes multi: cōsilium malignantium obsedit me.
Foderunt manus meas ⁊ pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea.

Ipsi vero cõsiderauerũt ⁊ inspexerunt me/ di-
uiserunt sibi vestimẽta mea: et super vestẽ meã
miserunt sortẽ. Tu autẽ dñe ne elõgaueris au-
xiliũ tuũ a me: ad defensionem meam conspice.
Erue a framea deus animã meã / et de manu
canis vnicã meam. Salua me ex ore leonis: ⁊ a
cornibus vnicornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis / in me-
dio ecclesie laudabo te.
Qui timetis dominum laudate eũ: vniuersum
semen iacob glorificate eum.
Timeat eũ omne semen israel: qm̃ non spreuit
neq; despexit deprecationem pauperis.
Nec auertit faciem suam a me: ⁊ cum clamarẽ
ad eum exaudiuit me.
Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea
reddam in conspectu timentium eum.
Edent pauperes ⁊ saturabuntur: ⁊ laudabunt
dominũ qui requirunt eũ / viuent corda eorũ in
seculum seculi. Reminiscentur ⁊ conuertentur
ad dominum vniuersi fines terre. Et adorabũt
in conspectu eius: vniuerse familie gentium.
Quoniã dñi est regnũ: ⁊ ipse dñabitur gentiũ.
Mãducauerũt ⁊ adorauerũt oẽs pingues terre:
in cõspectu eius cadent oẽs q̃ descendũt in terrã
Et anima mea illi viuet ⁊ semẽ meũ seruiet ipsi

Annūciabit dn̄o generatio ventura: et annūcia
būt celi iustitiā eius p̄plo q̄ nascet quē fecit dn̄s.
¶ Psalm⁹. xxij. in quo agit de misericordia dei.
Dominus regit me et nihil mihi deerit / in
loco pascue ibi me collocauit. Sup aquā
refectionis educauit me: animā meā conuertit.
Deduxit me super semitas iustitie: propter no
mē suū. Nam et si ambulauero in medio vmbre
mortis: non timebo mala quoniā tu mecum es.
Uirga tua et baculus tuus / ipsa me consolatā
sunt. Parasti in conspectu meo mensam: aduer
sus eos qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meū / et calix meus
inebrians q̄ preclarus est. Et misericordia tua
subsequetur me: omnibus diebus vite mee.
Et vt inhabitem in domo domini: in longitu-
dinem dierum. ¶ Psalmus. xxiij. in quo monet
de glorificatione et hominis reparatione.
Domini est terra et plenitudo eius: orbis
terrarum et vniuersi qui habitant in eo.
Quia ipse super maria fundauit eū: et super flu-
mina preparauit eū. Quis ascēdet in montem
domini: aut quis stabit in loco sancto eius.
Innocēs manibus et mūdo corde: q̄ nō accepit
in vano aīam suā nec iurauit in dolo p̄ximo suo
Hic accipiet benedictionē a domino: misericor-

diam a deo salutari suo. Hec est generatio querentium eum: querentium faciem dei iacob.

Attollite portas principes vestras: & eleuamini porte eternales/et introibit rex glorie.

Quis est iste rex glorie: dominus fortis & potẽs dominus potens in prelio.

Attollite portas principes vestras & eleuamini porte eternales et introibit rex glorie.

Quis est iste rex glie dñs virtutũ ipse est rex glie

Psalmus.xxiiij. in quo docet vir iustus in aduersis nõ murmurare sed diuinum expectare adiutorium.

Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam.

Neq irrideãt me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinent te non confundentur.

Confundantur oẽs iniqua agẽtes: superuacue

Uias tuas domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me. Dirige in veritate tua et doce me: quia tu es deus saluator meus: et te sustinui tota die. Reminiscere miserationũ tuarũ dñe/ et misericordiarũ que a seculo sunt. Delicta iuuentutis mee: & ignorãtias meas ne memineris Secundũ misericordiã tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam domine.

Dulcis et rectus dominus/ propter hoc legem

dabit delinquentibus in via. Diriget mansue
tos in iudicio: docebit mites vias suas.
Uniuerse vie domini misericordia & veritas re
quirentibus testamentū eius & testimonia eius.
Propter nomen tuū domine propiciaberis pec
cato meo / multum est enim.
Quis est homo qui timet dominum / legem sta
tuit ei in via quam elegit.
Anima eius in bonis demorabitur: & semē eius
hereditabit terram.
Firmamentum est dominus timentibus eum
et testamentum ipsius vt manifestetur illis.
Oculi mei semper ad dominum: quoniam ipse
euellet de laqueo pedes meos.
Respice in me et miserere mei / quoniam vni-
cus et pauper sum ego.
Tribulatiōes cordis mei multiplicate sunt de
necessitatibus meis erue me.
Uide humilitatem meam & laborem meum: et
dimitte vniuersa delicta mea.
Respice inimicos meos quoniam multiplicati
sunt / et odio iniquo oderunt me.
Custodi animam meam & erue me: non erube
scam quoniam speraui in te. Innocentes et re-
cti adheserunt mihi / quia sustinui te. Libera
deus israel: ex omnibus tribulationibus suis.

¶ De innocentia christi dñi/petendoq; a deo iudicio cum quis animo inconscium se sentit.

Iudica me domine quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: & in domino sperans non infirmabor.

Proba me domine et tenta me: ure renes meos et cor meum. Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: & cõplacui in veritate tua.

Non sedi cum consilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo.

Odiui ecclesiam malignantium: & cum impijs non sedebo. Lauabo inter innocentes manus meas & circundabo altare tuum domine.

Ut audiam vocem laudis tue: et enarrem vniuersa mirabilia tua. Domine dilexi decorẽ domus tue/ et locum habitationis glorie tue.

Ne perdas cum impijs deus animam meã/et cum viris sanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me et miserere mei.

Pes meus stetit in directo: in ecclesijs benedicã te domine. ¶ Psalmus xxvj. In quo vir iustus petit a deo gratiam vt preualeat contra hostes spirituales/et vt perueniat ad regnum.

Dominus illuminatio mea: et salus mea quem timebo.
Dominus protector vite mee: a quo trepidabo
Dum appropiant super me nocentes: vt edant carnes meas. Qui tribulāt me inimici mei / ipsi infirmati sunt et ceciderunt. Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meū. Si exurgat aduersum me prelium / in hoc ego sperabo.
Unam petij a dn̄o hanc requiram: vt inhabitē in domo domini: omnibus diebus vite mee.
Ut videā voluntatē dn̄i: et visitē templū eius
Quoniā abscōdit me in tabernaculo suo in die malorum protexit me: in abscōdito tabernaculi sui
In petra exaltauit me et nunc exaltauit caput meum / super inimicos meos.
Circuiui et imolaui in tabernaculo eius hostiā vociferationis cantabo et psalmū dicā domino.
Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te: miserere mei et exaudi me.
Tibi dixit cor meū exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requirā. Nō auertas faciē tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo.
Adiutor meus esto ne derelinquas me: neque despicias me deus salutaris meus.
Quoniā pater meus et mater mea dereliquerūt me / dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi domine in via tua / et dirige me in semita recta propter inimicos meos.
Ne tradideris me in manus tribulantium me / quoniã insurrexerunt in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi.
Credo videre bona domini: in terra viventiũ.
Expecta dominum viriliter age / confortetur cor tuum et sustine dominum.
¶ Deprecatio christi pro populo fideli cum quis anxietate et vite tedio angetur ad deũ fundẽda.
Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a me / nequando taceas a me / et assimulabor descendentibus in lacum.
Exaudi vocẽ deprecationis mee dũ oro ad te / dum extollo manus meas ad tẽpluũ sanctũ tuũ.
Ne simul tradas me cum peccatoribus: et cum operantibus iniquitatem ne perdas me.
Qui loquũtur pacẽ cũ proximo suo / mala autẽ in cordibus eorũ. Da illis secũdum opera eorũ secundũ nequitiã adinuentionũ ipsorũ. Scdm opa manuũ eorũ tribue illis: redde retributionẽ eorũ ipsis. Quoniã nõ ĩtellexerunt opera domini et in opera manuũ eius destrues illos: et nõ edificabis eos. Benedictus dominus: quoniam exaudiuit vocem deprecationis mee.
Dominus adiutor meus et protector meus: et in

ipso sperauit cor meum et adiutus sum.
Et refloruit caro mea ex voluntate mea cõfite
bor ei. Dominus fortitudo plebis sue: et prote=
ctor saluationum christi sui est.
Saluũ fac populũ tuum dñe: & benedic heredi=
tati tue: & rege eos & extolle illos vsq3 ineternum
De diuinitate verbi q caro factũ est: exhorta
tione ad mysticũ munus deo offerẽdũ:
de xp̄i quoq3 baptismo. p̄. xxviij.
Afferte domino filij dei / afferte domino
filios arietum.
Afferte dño gloriã et honorẽ / afferte dño glo=
riã nomini eius: adorate dñm in atrio sctõ eius
Vox domini super aquas deus maiestatis in=
tonuit dominus super aquas multas.
Vox dñi in virtute: vox dñi in magnificentia:
Vox dñi cõfringẽtis cedros: et confringet dñs
cedros libani.
Et comminuet eos tanq̃ vitulum libani: & di le
tus queadmodũ filius vnicornium.
Vox dñi intercidentis flãmã ignis vox dñi cõ
cutiẽtis desertũ & cõmouebit dñs desertũ cades
Vox dñi preparantis ceruos & reuelabit condẽ
sa / et in templo eius omnes dicent gloriam.
Dñs diluuium inhabitare facit / & sedebit dñs
rex ineternũ. Dñs virtutũ populo suo dabit /

dominus benedicet populo suo in pace.

¶ Ps. xxix. in quo agitur de resurrectione xpi.

Exaltabo te dñe quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.
Dñe deus meus clamaui ad te: et sanasti me.
Domine eduxisti ab inferno aīam meā: saluasti me a descendētibus in lacum.
Psallite domino sancti eius: & confitemini memorie sanctitatis eius. Quoniā ira in indignatione eius: & vita in voluntate eius. Ad vesperū demorabitur fletus: & ad matutinum letitia.
Ego aūt in abūdātia mea nō mouebor ineternū. Dñe in volūtate tua: prestitisti decori meo virtutē. Auertisti faciē tuā a me: et factus sum cōturbatus. Ad te dñe clamabo: et ad deū meū deprecabor. Que vtilitas in sanguine meo dū descendo in corruptionē. Nunquid cōfitebitur tibi puluis aut annunciabit veritatē tuā. Audiuit dñs et misertus est mei / dominus factus est adiutor meus. Cōuertisti planctū meū in gaudiū mihi: cōcidisti saccū meū & circumdedisti me letitia. Et cantet tibi gloria mea et nō cōpungar dñe deus meus ineternū confitebor tibi.

¶ De anxietate vite christi / et fiducia in deo habenda / cum vndiqꝫ malis opprimimur.

IN te domine speraui nō confundar in eternū in iustitia tua libera me. Inclina ad me aurē tuā accelera vt eruas me. Esto mihi in deū protectorē & in domū refugij vt saluū me facias. Quoniā fortitudo mea et refugiū meū es tu/et propter nomen tuum deduces me & enutries me. Educes me de laqueo quem absconderunt mihi quoniam tu es protector meus.
In manus tuas cōmendo spiritū meum redemisti me domine deus veritatis. Añ. Christus factus est pro nobis obediens vsq ad mortem mortē autē crucis. ℣. Ora pro nobis sancta dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus christi. ℣. Ualde honorandus est beatus iohānes. ℟. Qui supra pect⁹ dñi in cena recubuit.
REspice q̄s dñe super hanc familiā tuā pro qua dñs nr̄ iesus xp̄s non dubitauit manibus tradi nocentium et crucis subire tormētum. Interueniat p̄ nobis dñe iesu christe apud tuā clementiā nūc et in hora mortis nostre gloriosa virgo maria sctissima mr̄ tua cui⁹ sacratissimā aiaz ī hora passiōis tue doloris gladi⁹ ptrāsiuit. Beati iohannis apostoli tui et euangeliste q̄s dñe deus noster nūc et in hora mortis nostre iugiter cōmendet oratio: q̄ in cruce moriens matrē tuā virginē virgini commendasti. Qui viuis.

Gloriosa passio dñi nři iesu xpi: eruat nos a dolore tristi: ⁊ pducat nos ad gaudia paradisi. amē
Bñdictū sit dulce nomē dñi nři iesu xpi ⁊ gl'iose virginis marie matris ei⁹ in eternū ⁊ vltra. amē.
Nos cū prole pia: benedicat virgo maria. Amē
Sancte et indiuidue trinitati iesu xpi crucifixi humanitati gloriose virgini marie sit sempiterna gloria ab omni creatura per infinita seculorum secula. Amen. Pater noster. Aue maria.

Aue benigne iesu/gratia plenus/mīa tecū. Benedicta passio mors ⁊ vulnera tua et benedictus sanguis vulnerū tuorū dñe misere re mihi pctōri. Dulcissime dñe da mihi cor mundum/contritū/quietū/patiens/et humile/castum corpus obediens et stabile semper in tuis obsequijs mancipatū. Pater noster. Aue maria

¶ Beatus Hieronymus in hoc modo disponit hoc psalteriū vbi angelus dñi docuit eū per spiritum sanctū. Porro propter hoc abbreuiatū est q' hi qui sollicitudinē habent vel q̄ in infirmitate iacent: aut in operibus occupantur vel iter agūt vel longinquā viam super mare nauigant/aut qui bellū contra hostes cōmittunt seu contra inuidiā diaboloꝝ qui militant cōtra aīas xpianoꝝ assidue/aut qui verū votū vouerunt deo quotidie psallere psalteriū integrū ⁊ minime possunt

hoc facere vel qui ieiunant fortiter et debilitatē habent/ & pro his q̄ festa solēnia custodiūt/ eo q̄ minime possunt psalteriū canere illud Unūquē q̄ ergo ex his quos superius diximus si volunt aīam suā saluā facere/ et vitā eternā habere assidue oportet canere hoc psalteriū & possidebunt regnū dei. Amen. Psalterium beati hieronymi.



Uerba mea auribus pcipe dn̄e intellige clamorem meum. Intēde voci orōnis mee: rex meus et deus meus. Dn̄e ne in ira tua arguas me: neq̄ in furore tuo corripias me. Miserere mei dn̄e qm̄ infirmus sum: sana me dn̄e qm̄ cōturbata sunt ossa mea. Et aīa mea turbata est valde/ sed tu dn̄e vsq̄= quo. Cōuertere dn̄e & eripe aīam meā: saluum me fac propter mīam tuā. Respice & exaudi me dn̄e deus meus. Illumina oculos meos: ne vn q̄ obdormiā in morte. Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea. Ego clamaui quoniam exaudisti me deus: in= clina aurem tuam mihi et exaudi verba mea. Mirifica misericordias tuas: q̄ saluos facis spe= rantes in te. Custodi me dn̄e vt pupillam oculi sub vmbra alarum tuarū protege me: a facie im piorum qui me afflixerunt.

Ab occultis meis munda me dñe: et ab alienis parce seruo tuo. Tu autē dñe ne lōge facias auxiliū tuū a me: ad defensionē meā ꝯspice. Erue a framea deus aīam meā: ⁊ de manu canis vnicam meā. Salua me ex ore leonis: ⁊ a cornibus vnicorniū humilitatem meā. Narrabo nomen tuū fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te.
Vias tuas dñe notas fac mihi: ⁊ semitas tuas edoce me: et dirige me in veritate tua.
Memento miserationū tuarū domine: ⁊ misericordie tue que a seculo sunt. Delicta iuuentutis mee: et ignorantias meas ne memineris deus.
Secundū misericordiā tuā memor esto mei: propter veritatē tuā dñe. Propter nomē tuū domine propiciaberis peccato meo: multum est enim.
Vide humilitatem meā ⁊ laborē meū: ⁊ dimitte oīa peccata mea. Ne perdas cū impijs deus aīam meā: ⁊ cū viris sanguinū vitam meam.
Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te: miserere mei et exaudi me.
Ne auertas faciē tuā a me: ne declines in ira a seruo tuo. Adiutor meus esto dñe ne derelinquas me: neqꝫ despicias me de⁹ salutaris meus.
Legē pone mihi dñe in via tua/ ⁊ dirige me in semita recta: propter inimicos meos.
Ne tradideris me in man⁹ tribulātiū me: quo

niã insurrexerũt in me. Ad te dñe clamabo de=
us meus ne sileas a me ne vnq̃ discedas a me: et
ero similis descendentibus in lacum.
Exaudi dñe vocẽ deprecationis mee dũ oro ad
te: dũ extollo manus meas ad tẽplũ sanctũ tuũ.
Ne simul tradas me cum peccatoribus: et cum
operantibus iniquitatem ne perdas me.
Saluũ fac populũ tuũ dñe/ et bñdic hereditati
tue/et rege eos et extolle illos vsq; in eternum.
In te domine speraui / non cõfundar in eternũ
in iustitia tua libera me. Inclina ad me aurẽ
tuã: accelera vt eruas me. Esto mihi in deũ pro
tectorẽ et in domũ refugij: vt saluum me facias.
In manus tuas dñe: commendo spiritũ meũ/
Libera me et eripe me/de manibus inimicorũ
meorũ. Illumina faciẽ tuã super seruũ tuũ/sal
uum me fac in misericordia tua: domine non cõ
fundar quoniam inuocaui te. Fiat mĩa tua do
mine super nos/queãdmodũ sperauimus in te.
Benedicam dominũ in omni tempore: semper
laus eius in ore meo. In dño laudabitur ani=
ma mea: audiant mansueti et letentur. Magni
ficate dñm mecũ: et exaltemus nomẽ eius in id=
ipsum. Iudica dñe nocentes me: expugna im=
pugnantes me. Apprehende arma et scutum/
et exurge in adiutorium mihi.

Ne sileas dñe ne discedas a me exurge ⁊ inten-
de iudiciũ meũ / deus meus et dñs meus in cau-
sam meã. Iudica me secundũ iustitiã meã: dñe
deus meus. Pretende dñe miam tuã scientibus
te / et iustitiam tuã his qui recto sunt corde.
Non veniat mihi pes superbie: et manus pecca
toris nõ moueat me. Exaudi orationẽ meã dñe
et deprecationẽ meam: auribus percipe lachry-
mas meas. Ne sileas qm̃ aduena ego sum apud
te: ⁊ peregrinus sicut oẽs patres mei. Remitte
mihi vt refrigerer priusq̃ abeã / ⁊ ãplius nõ ero.
Tu autẽ dñe ne longe facias auxiliũ tuũ a me:
mĩa tua et veritas tua semper susceperunt me.
Quoniam circundederunt me mala quorũ nõ
est numerus: comprehenderunt me iniquitates
mee / et non potui vt viderem.
Multiplicate sunt super capillos capitis mei: ⁊
cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi domine vt eruas me: domine
in auxilium meum respice.
Ego vero egenus et pauper sum: domine curã
habe mei. Adiutor meus ⁊ protector meus tu es
deus meus ne tardaueris.
Ego dixi domine miserere mei / sana animam
meam quia peccaui tibi. Exurge quare obdor-
mis domine: exurge ⁊ ne repellas in finem.

Quare faciem tuā auertis: obliuisceris inopie nostre et tribulationis nostre. Exurge dn̄e adiuua nos/et libera nos propter nomen tuum.
Miserere mei deus: secundū magnā miam tuā
Et secundum multitudinem miserationū tuarum dele iniquitatem meam.
Et multū laua me ab iniustitia mea/et a delicto meo munda me. Auerte faciē tuam a peccatis meis et omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me deus/ et spiritum rectum innoua in visceribus meis.
Ne proiicias me a facie tua: et spiritum sanctū tuum ne auferas a me. Redde mihi letitiā salutaris tui: et spiritu principali confirma me.
Domine labia mea aperies: ꝛ os meum annūciabit laudem tuam. Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationē meam / auribus percipe verba oris mei. Quoniam alieni insurrexerunt in me et fortes quesierunt animam meam: et non proposuerunt deum ante conspectum suum.
Exaudi deus orationē meā: et ne despexeris deprecationē meam/ intende in me et exaudi me.
In deo laudabo verbum / in domino laudabo sermonem in deo speraui/ nō timebo quid faciat mihi homo.

In me sunt deus vota tua que reddã laudatio-
nes tibi. Quoniam eripuisti aĩam meã de morte: & pe
des meos de lapsu: vt placeã corã deo in terra vi-
uẽtiũ. Miserere mei deus miserere mei: quoniã
in te confidit anima mea. Et in vmbra alarum
tuarũ sperabo/donec transeat iniquitas.
Eripe me de operantibus iniquitatem/ & de vi
ris sanguinum salua me.
Quia ecce ceperũt aĩaz meã: irruerũt in me fortes
Ego vero orationem meam ad te domine tem
pus beneplaciti deus.
In multitudine misericordie tue: exaudi me in
veritate salutis tue.
Salua me a luto vt nõ inhereã: libera me ex
odientibus me/et de profundo aquarum.
Nõ me demergat tẽpestas aque neqꝫ absorbe-
at me pfundũ: neqꝫ vrgeat sup me puteus os suũ
Exaudi me domine quoniam benigna est mĩa
tua secũdum multitudinẽ miserationum tuarũ
respice in me. Intende anime mee et libera eã
propter inimicos meos eripe me.
Deus in adiutorium meum intẽde/domine ad
adiuuandum me festina.
Ego vero egenus & paup sum deus adiuua me
Adiutor meus & liberator meus esto domine ne
tardaueris. In te domine speraui non confun

dar in eternū: in iustitia tua libera me ꝛ eripe me
Inclina ad me aurem tuam / et salua me.
Esto mihi in deum protectorem / et in locū mu
nitum vt saluum me facias.
Deus meus eripe me de manu peccatoris ꝛ de
manu contra legem agentis et iniqui.
Repleatur os meum laude: vt possim cantare
gloriam tuā / tota die magnitudinem tuam.
Ne proiicias me in tempore senectutis mee / cū
defecerit virtus mea ne derelinquas me.
Deus ne elongeris a me deus meus in auxiliū
meum respice.
Ego autem in te sperabo et adiiciam super om
nem laudem tuam
Ne tradas bestijs aīas confitentiū tibi: et aīas
pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.
Respice in testamentum tuū: quia repleti sunt
qui obscurati sunt terre domibus iniquitatum.
Adiuua nos deꝰ salutaris noster: ꝛ propter glo
riā nominis tui domine libera nos / ꝛ propicius
esto peccatis nostris propter nomen tuum.
Excita potētiā tuā ꝛ veni: vt saluos facias nos
Domine deus virtutum conuerte nos: et osten
de faciem tuam et salui erimus.
Conuerte nos deus salutaris noster: et auerte
iram tuam a nobis.

Nunquid in eternum irasceris nobis: aut extē
dēs iram tuam a generatione et progenie.
Deus tu cōuersus viuificabis nos: et plebs tua
letabitur in te. Ostende nobis domine miseri=
cordiam tuam: et salutare tuū da nobis.
Inclina domine aurem tuā et exaudi me / quo=
niam egenus et pauper sum ego.
Custodi animā meā qm̄ peccator sum: saluum
fac seruum tuum deus meus sperantem in te.
Miserere mei dn̄e quoniam ad te clamaui tota
die / letifica animam serui tui: quoniam ad te do
mine animam meam leuaui.
Et tu domine deus miserator et misericors pa=
tiens et multe misericordie et verax.
Respice in me et miserere mei / da imperiū pue=
ro tuo / saluum fac filium ancille tue.
Fac mecum signum in bonum vt videant qui
oderunt me et confundantur: quoniam tu domi
ne adiuuisti me et consolatus es me.
Domine deus salutis mee in die clamaui ad te
et nocte coram te. Intret oratio mea in conspe
ctu tuo / inclina aurem tuam ad precem meam.
Ubi sunt misericordie tue antique domine / si=
cut iurasti dauid in veritate tua.
Memor esto dn̄e opprobrij seruorū tuorū / quod
continui in sinu multarum gentium.

Conuertere dñe vsqꝫquo: ⁊ deprecabilis esto super seruos tuos. Et sit splēdor dñi dei nostri super nos: ⁊ opera manuū nostrarū dirige sup nos et opus manuū nostrarum dirige. Dñe exaudi orationē meā: ⁊ clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuam a me / in quacunqꝫ die tribulor inclina ad me aurem tuam.
In quacūqꝫ die īuocauero te: velocit̄ exaudi me
Et ne educas in dimidio dierum meorum in generatione ⁊ generationem anni tui.
Et tu domine fac mecum propter nomen tuū: quoniam suauis est misericordia tua.
Domine libera me quia egenus et pauper sum ego: ⁊ cor meum conturbatum est intra me.
Sicut vmbra cum declinat ablatus sum / et excussus sum sicut locusta.
Adiuua me domine deus meus: ⁊ salua me propter misericordiam tuam.
Retribue seruo tuo viuifica me: et custodiā sermones tuos.
Reuela oculos meos / ⁊ considerabo mirabilia de lege tua. Incola ego sum in terra non abscōdas a me mandata tua.
Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Increpasti superbos maledicti: qui declinant a mandatis tuis.

Aufer a me opprobrium et contemptum / quia testimonia tua exquisiui.
Etenim sederunt principes & aduersum me loquebantur: seruus autẽ tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Uiam iniquitatis amoue a me: et de lege tua miserere mei.
Uiã veritatis elegi: iudicia tua nõ sum oblitus
Deduc me in semita mandatorum tuorũ: quia ipsam volui. Inclina cor meum in testimonia tua: & nõ in auariciã. Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.
Statue seruo tuo eloquium tuũ: in timore tuo.
Bonitatẽ et disciplinã et scientiã doce me: quia mandatis tuis credidi. Bonus es tu: et in bonitate tua doce me iustificationes tuas.
Fiat misericordia tua vt exhortetur me: secundum eloquium tuum seruo tuo.
Ueniant mihi miserationes tue & viuam: quia lex tua meditatio mea est.
Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis / vt non confundar.
Humiliatus sum vsquequaque domine / viuifica me secundum verbum tuum.
Uoluntaria oris mei beneplacita fac domine / & iudicia tua doce me. Anima mea in manibus meis semper / & legem tuã nõ sum oblitus.

Suscipe me secundū eloquiū tuū et viuā: et non
confundas me ab expectatione mea.
Adiuua me et saluus ero: et meditabor in iusti-
ficationibus tuis semper. Fac cū seruo tuo secū
dum mīam tuā ⁊ iustificationes tuas doce me.
Seruus tuus sum ego da mihi intellectum: vt
sciam testimonia tua. Respice in me ⁊ miserere
mei: secundū iudiciū diligentium nomen tuum.
Gressus meos dirige secundū eloquiū tuum: et
non dominetur mei omnis iniustitia.
Redime me a calumnijs hominū / vt custodiā
mandata tua. Faciē tuam illumina super ser-
uum tuum et doce me iustificationes tuas.
Uide humilitatem meam et eripe me / quia le-
gem tuam non sum oblitus.
Iudica iudicium meum et redime me: propter
eloquium tuum viuifica me.
Appropinquet deprecatio mea in cōspectu tuo
dn̄e: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.
Intret oratio mea in conspectu tuo domine: se
cundum eloquium tuum eripe me.
Eructabunt labia mea hymnum: cū docueris
me iustificationes tuas.
Annūciabit lingua mea eloquiū tuū: quia oīa
mandata tua equitas. Fiat manus tua vt sal
uum me faciat quia mandata tua elegi.

Concupiui salutare tuum dñe: et lex tua medi-
tatio mea est. Uiuet anima mea et laudabit te
et iudicia tua adiuuabũt me. Erraui sicut ouis
que periit: quere seruũ tuũ dñe / quia mandata
tua nõ sum oblitus. Miserere nobis dñe misere
re nobis quia multũ repleti sumus contẽtione.
Benefac dñe bonis: et rectis corde. Cõuertere
dñe captiuitatẽ nostrã: sicut torrens in austro.
De profundis clamaui ad te domine domine ex
audi vocem meam. Fiant aures tue intenden
tes / in vocem deprecationis mee. In quacunqꝫ
die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in ani
ma mea virtutem. Pone domine custodiam ori
meo: ꝛ ostium circunstantie labiis eius.
Non declines cor meum in verba malicie: ad ex
cusandas excusationes in peccatis.
Intende ad deprecationem meam / quia humi
liatus sum nimis. Eripe me de persequentibus
me: quoniam preualuerunt super me. Educ de
custodia animã meã / ad cõfitendũ nomini tuo.
Dñe exaudi orõnẽ meã auribus pcipe obsecra
tionẽ meã i veritate tua: exaudi me i tua iustitia
Et non intres in iudiciũ cũ seruo tuo: quia non
iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.
Quia persecutus est inimicus meus animã me
am: humiliauit in terra vitam meam.

Velociter exaudi me dñe: defecit spiritus meus
Ne auertas faciem tuam a me: ⁊ ero similis descendentibus in lacum. Auditā fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui.
Notam fac mihi viam in qua ambulem/ quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis dñe ad te cōfugi: doce me facere volūtatē tuā/ quia deus meus es tu
Spūs tuus bon⁹ deducet me in terrā rectā: propter nomē tuū dñe viuificabis me in eq̄tate tua
Et educes de tribulatione aīam meā: et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.
Et perdes oēs qui tribulāt aīam meā: q̄m ego seruus tuus sum. Gloria pa. Sicut. Oremus.
Dona mihi queso oīpotēs deus: vt per hāc sacrosanctā psalterij celestis melodiā aīa mea saginet. Dona vt leo rugiēs ab infirma oue superet. Dona vt per tuā grām violentissimus spūs a debilissima carne vincat. Dona vt ille q̄ de celo cecidit hic me pugnāte subdat dona vt si potestatē eius ad tēpus tua ꝑmissione patimur nequaq̄ eius insatiabilibus faucib⁹ sorbeamur. Fac illū tristē de humana salute: qui de offensione nr̄a semꝑ exultat. Fac me tuis semꝑ laudib⁹ vacare ⁊ ad tuā quādoq꜃ dulcedinē misericordie peruenire. Qui viuis ⁊ regnas deus. Per oīa se.

¶ Oratio ad sanctum hieronymum.

Aue amator q̄ famose hieronyme gloriose. Magnus amator christi: doce nos bene viuere/ deū vere diligere vt in libris scripsisti: amator castitatis/ tenens vitā puritatis/ cordis per munditiam. Fac nos corpus castigare/ pro peccatisq; plorare/ diuinā per gratiā. Emuli te clamabāt: sed nequaq̄ superabāt per impatiētiā. Ob amorem iesu christi/ fac implere quod fecisti/ nos per indulgentiā. ℣. Ora pro nobis gloriose hieronyme. ℟. Ut deū diligamus corde & opere. Oratio

Deus qui gloriosum cōfessorē tuū hieronymū multis diuersarū nationū linguis peritū: sacre biblie translatorē esse magna ex parte voluisti: & eccl'e tue doctorē luminosum fecisti presta q̄s nobis christianis & oibus in mūdo creaturis rationis capacibus: vt eius doctrinā & exempla bone vite sequentes in te fideliter credamus: mētis mūditiā teneamus te toto corde diligamus: pro inimicis ex corde vero preces fundamus: & in his pseuerātes te doctore te duce: ad te in celū perueniamus. Per christū dominū nostrum. Amen. Pater noster. Aue maria. Credo.

¶ Incipiunt hore dulcissime nominis. Jesu.

Salutem mentis et corporis donet nobis iesus sapientia patris. Amen.